de B. in capitulo bellirici. Et sunt ambe fri-
gide ⁊ sicce in fine tertij gradus. ¶ Ioãnes
mesue cap. de mirabolanis. Mirabolani em
blici sunt ex medicinis cõfortantibus stoma-
chum cor et epar ⁊ viscera. Et meliores ex is
sunt habentes frusta grossa ⁊ densa ⁊ grauia
que minus crescũt in ossibus ⁊ plus in carne:
rari quoqꝫ non habent spiritum: ⁊ sunt frigi
de complexionis parum: ⁊ sic. in. i. gradu.

Operationes.

¶ Emblici sunt ꝯfortatiui membroꝝ: ⁊ coa- A
dunatiui partiũ coꝝ. Et sunt de extinguenti
bus inflãmationẽ in stõ ⁊ epate. Et ipsi nutri-

ti maioris sunt operationis ꝛ minoris corru-
B gationis. ¶ Modus nutriendi emblicos: Ac-
cipe ex his quantitatem quam volueris ꝛ submer-
ge in aqua: ꝛ expone soli vsq; dum tumefiant ꝛ
humectent: post exprime ꝛ pone in aqua mel-
lis ꝛ dimitte p duos dies: ꝛ deinde coque cum
facilitate: ꝛ postq̄ cocti fuerint limitte parum re
frigerari: ꝛ adde cum eis mellis tabarzet sicut
quartam partem totius ꝛ recōde: ꝛ quidam sup-
condiunt cū speciebus aromaticis confortati
uis: sicut cum cinamomo: xiloaloe: gallia: car
C damomo: ꝛ croco ꝛ similibus. ¶ Sera. auc. Ga-
lieni. Emblici habent proprietatem denigrandi
capillos: ꝛ prohibent casum ipsorum. Et confe-
runt emorroidibus: ꝛ ipsi tumescunt in aqua.
D ¶ Et conditi ex eis faciūt operationes mira-
bolanorum non conditorum: nisi qꝛ sunt debilio
res eis: ꝛ in belliricis maior est proprietas in
E acumine q̄ in emblicis. ¶ Et idem auctoritate
Bedigoras. Emblicorum proprietas cōfor-
tat stomachū: ꝛ prohibet corruptionem ab eo: ꝛ
fortificant stomachum: ꝛ augent apetitū cibi: ꝛ
ꝛ incitant coitum: ꝛ abscindunt sputū ꝛ vomi-
tum: ꝛ sedant sitim: ꝛ augent operationem sen
sus. Mirabolani emblici bellirici ꝛ kebuli mi
xti cum oleo amigdalarum dulcium ꝛ cum mel-
le tingunt capillos colore nigro. ¶ Jo. me-
sue. Mirabolani emblici educunt solutione
flegma: ꝛ sunt ex rebus valde cōfortantibus
cerebrum ꝛ neruos: ꝛ augent intellectum: ꝛ
confortāt cor: ꝛ conferunt tremori eius: ꝛ mū
dificant stomachum a putrefactione ꝛ cōfor
tant ipsum: ꝛ sedant feruores in eo: ꝛ auferūt
sitim ꝛ addunt in appetitum: ꝛ sedāt vomitū.

Capitulum. clxix.

Endiuia. Aui. Endiuiarum alia est or-
C tulana ꝛ alia siluestris. De siluestri in
sequēti capitulo tractabit. Et quedam
habet lata folia: quedā stricta: ambe vincūt
lactucam in aperiendo. ¶ Isaac in dietis par
ticularib⁹. Endiuia domestica ꝛ siluestris e:
quarū domestica diuerse virtutis est. Habet
enim amaritudinē: pōticitatem ꝛ insipidita-
tem. Que iterū in duas diuiditur partes. Est
enim endiuia hyemalis ꝛ estiualis. Hyema-
lis est insipida ꝓpter amaritudinis ꝛ ponti
citatis paucitatem. Et etiā insipiditas est pro-
pter tēporis frigiditatē. Frigida quidē est in
fine secundi gradus. Quidā autem illam di-
cunt esse humidam: quod sensu non patet: qꝛ
siccitas eius palam est propter amaritudinem
sui atq; poncitatem: Sm medicinam est vti-
lis. Estiue autem est amaritudo maior: sꝫ fri
giditas minor. Est enim frigida in gradu pri-
mo. sicca in secūdi medio. ¶ Cōstantinus in
libro graduum. Endiuia de amaritudine ꝛ
pōticitate cōposita: ꝛ sicca est in scdo gradu.

Operationes.

¶ Idē. Stomachum confortat: opilationes A
aperit. Succus eius coctus ꝛ despumatus
cum orizuccaro bibitus humores expellit pu
tridos: ꝛ diuturnas febres curat: cathapla-
smate inde facto: calor epatis ꝛ stomachi mi
tigatur. Cum polline ordei ꝛ oleo roseo mi-
xtus apostemata calida: maxime si in oculis
fuerint sanat. Arteticos de calore mitigat.
¶ Isaac vbi supra. Endiuia generat san- B
guinem peiorem.
¶ Unde. Galienus. Lactuca siue endiuia q̄ C
maioris est amaritudinis ipsa deteriorē san-
guinem facit. Estiua enim sm medicinam est
mediocris: que plus est aperitiua: maxime
constipationis epatis. Que si elixa detur cum
obsomogaro ꝛ oleo minus erit nocibilis. Si
vero cum aceto stomachum confortat: ꝛ ven
trem constipat. Succus eius coctus ac de-
spumatus cum orizuccaro bibitus: constipa-
tionem aperit. Humores putrefactos mun-
dificat: ꝛ diu febricitantibus conueniens est.
¶ Serapion auctoritate Galieni. Endiuie
virtus est sicut virtus lactuce.
¶ Additio. Rasis. xj. cōti. Trocisci de endi- D
uia faciētes ad dolorē stō: ꝛ ad apa accidēs i
eo. R. se. ēdiuie: cuscute: an. 3. iij. ros. 3. x. xi-
loaloe. 3. ij. masticis. 3. iij. sandali. 3. ij. terāt q̄
terenda

terēda sunt: ⁊ dentur in potum ad conferendum apostemati inflāmato cum campbora: ⁊ apostemati duro diuturno.

Capitulum.clxx.

Ndiuia siluestris. Dyas. Endiuia siluestris est vna species que vocatur serralia: eo ꝙ tirsum babet in modum serre. Et in sapore siluestris est stipticitas cum amaritudine.

e

Operationes.

A ¶ Idem. Omnium virtus est stiptica ⁊ eustomatica. Uentrē abstinet: cocta cum aceto ⁊ maxime siluestris. Ceratum stomacbum
B confirmat. ¶ Et estuationes stomacbi mitigat: sola cum polenta posita cardiacis blan-
C ditur. In tumore oculorum subuenit. ¶ Folia vero eius imposita ⁊ catbaplasmata percussum scorpionis mitigat: polentis addita. ⁊ imposita ignem sacrum cōpescit: mixta cū aceto ⁊ cerusa omnibus rebus calidis oppitu-
D latur. ¶ Isaac. Endiuia siluestris que frigida est in initio primi gradus: ⁊ sicca in fine eiusdem: babet stipticitatem stomacbum cōfortantem: que si māducetur aut succus eius potetur: morsui scorpionis prodest: ⁊ catba-
E plasmata sic operatur. ¶ Radix eius si potatur: contra venenum auxiliatur: cum mixta vero mixta ⁊ immissa: prouocat menstrua.
F ¶ Aui. de viri. cordis ait: ꝙ confortat cor.
G ¶ Additio. Dixit buge. Aqua endi. cōfert apostemati in ventre: confortat stomacbum: ⁊ aperit oppilationes.

Capitulum.clxxi.

Litropium. Pli. ca. de elitropio. Elitropiū primo nomē accepit ex eo ꝙ estiuo solsticio floreat: ⁊ ꝙ solis motibus folia circūacta conuertat: vnde ⁊ a latinis solsega nuncupatur. Nam ⁊ oriente sole flores suos aperit: ⁊ se iterū recludit cū sol occubuerit: ipsa est quā latini intubam ac verrucariā vocant ex eo ꝙ extinguat verrucas: ex aqua potata vel catbaplasmaticis vice imposita verrucas abstergit. Dyas. ca. d elitropio duo facit ca. de primo sic elitropium maius multi scorpioton dicunt: eo ꝙ flores similes sunt figure scorpij: folia bꝫ ozimo similia ⁊ asperiora ⁊ nigriora: ⁊ bastas ex vna radice quinqꝫ aut sex cū ramulis ꝑplurimis in quibus flores sunt coloris albi ⁊ subpurpurei ⁊ subcitrini sicut cauda scorpij. Aliud capitulū de elitropio dicit. Elitropium minus nascitur locis cultis ⁊ in pratis: ⁊ simile supradicto: semen rotundum babet pendens.

e;

Operationes.

¶ Dyas. Huius berbe manipulus vnus elixus ⁊ bibitus flegma ⁊ colerā deponit. Cum vino bibitus ictibus scorpionū occurrit. Catbaplasmatibus adbibitus eadē facere pōt. A
¶ Multi etiam radicem eius collo suspendunt contra vim scorpionum: seminis eius grana quattuor cū vino bibita ante accessionem quartanarijs maximū remediū ē: tertianarijs ꝟo tria grana vtiliter dant. ¶ Folia eius in catbaplasmatibus adbibita tumo- B C

res spargit: mirmiceas corporis limpidant: sicca vero folia eius imposita podagricis maximum prestant effectum. Trita et matrici supposita menstruis imperant. Aborsum faciūt.
D ¶ Eliotropij minoris herba cum eius semine decocta: et cū nitro et ysopo et cardamomo bibita rotundos et latos lumbricos excludit: clauos imposita cum sale tollit: maxime si fuerit elixa et imposita.

Capitulum.clxxij.

Pitbimū. Joannes mesue ca. de epithimo. Epitbimum nascitur simile vel
e cuscute: plāte autē quibus superexcrescit sunt alkal et albasce: et quedam species origani. Eius autem aliud est cretense: aliud siricum. Melius est qd est cretense acuti odoris: et quod nascitur in syria est post illud: sed est melius rufum: et melius est adhuc qd est completum ponderosius. Et melior pars eius sunt extremitates grosse: que sunt sicut flores: subcitrinum autem et pallidum est minus bonum. ca. complexionis est et sic. in. ij. Et est cōpositum ex partibus igneis a quibus inest ei acuitas: et ex terris subtilibus a quibus inest ei stipticitas pauca. Et ipsum quidem est sub tilliatiuum resolutiuum: aperitiuum opilationum: et confortatiuum viscerum: facit sitim et generat estuationem in corporibus calidis: et ē ex debiliter et tarde soluentibus pter qd probibendum est sub dominio caliditatis et siccitatis positis. Cōfortatur aūt operatio ipsius: in multitudine quātitatis ipsius: et in associatione rei cum eo magnificantis effectum eius: sicut sunt mirabolani: indi et nigri: aut ellebori nigri: quantitas parua. Aqua autem mellis cum pauco sale. Aut aqua decoctionis passularum cum sale: similiter: aut aqua lactis ex capris sumpti vigorat operationem eius. Sal gemma vero aut sal indi aut sal napti sunt ex rebus que sibi addita addunt virtuti ipsius et citam autem et facilem facit operationē eius. Si ei aliqd virtute acutum miscet sicut piper et pip longum zinziber et sisia. Et nō pretermittas quin cadat in potibus eius oleum de amigdalis dulcibus in quo inuoluatur: et in decoctione ipsius passule sine interioribus: quoniam addunt ei ad bonitatem leniendi qd timet ex nitrositate ipsius. Et ne ignores quoniam epitbimum de decoctione modicū substinet: quare oportet vt fiat illud sm legem. Prerogatiuā autē habet super omnibus solutione educētibus melancoliam: educit enim eam facile sine molestia. Et cum Jo. mesue concordant omnes alij doctores sicut Auicē na. Sera. Diasc. et Gal.

Operationes.

¶ Joannes mesue. Quidam dicunt epitbimum educit de flegmate aliquid. A
¶ Et dixit. Paulus: qd solutione educit humores adustos: et declinauit ab eo qd comprehēdit vniuersitas: et ego nō inueni qd fieret illud: potestas aūt eius sup humore melancolico et egritudinibus eius magna ē: et proprie in egritudinibus capitis sicut est melancolia epilentia alguesgues et timor et vertigo: et dolor capitis: quarum materia est melancolia. B C
¶ Valet etiam ad tremorem cordis et sincopim: et egritudines melancolicas in eo: et est medicina magna opilationi splenis et egritudinibus in eo. ¶ Et confert egritudini ypocondriorum et oppilationi renū. ¶ Et frequēs vsus potionis eius est medicina solennis cancro lepre et vlceribus nigris et soluit quartanam. Dosis potio eius est in decoctione a. 3. v. vsq ad. x. et pulueris eius a. 3. iij. vsq ad vij. Illi autem qui sumunt ipsum vitent acceptionem eius in estate. ¶ Plinius. Epitbimum habet virtutem purgandi flegma et melancoliam et per se et cum adiuncto se cū medicinis purgantibus melancoliam. E F G H I K
¶ Cōtra quartanā fiet decoctio in aqua. 3. j. epitbimi buliat: et in tali aqua ponant. 3. ij. lapidis lazuli vel armenici: et digesta materia detur patienti: multi enim liberātur: valet similiter talis decoctio patientibus emorroidas ex L

das ex melancolico sanguine.

D ¶ Dyascorides. Epithimū viride acceptuȝ stomachum vexat: ⁊ vomituȝ mouet: ventrē prouocat ⁊ nauseam facit ac educit flegma ⁊ coleram: ⁊ maxime nigram: datur ad purgā dum toracem cuȝ melle ⁊ vrisillirica more electuarij accipitur: alterius auteȝ thimi flos albus est atqȝ asper: sed ambo equalem habēt virtuteȝ. Nam per os purgant flegma ⁊ per ventrē coleram nigram datur in quibus precordia prefocantur ⁊ paticis ⁊ suspiriosis.

Capitulum. clxxiij.

Pimediuȝ. Plini⁹. Epimediuȝ siue c vtdatini vinectā dicit ꝰm Dyas. in ꝓprio cap. hastā hȝ non maiorem edere similem: ⁊ folia. x. aut. xij. carens flore ⁊ semine. Radix est illi tenera nigra cuȝ odore graui ⁊ gustu fatuo: nascitur in locis humidis.

Operationes.

A Dyascorides. Folia eius trita cum oleo ⁊ im posita mamillas crescere non admittunt.

B ¶ Folia eius ⁊ radix cuȝ viño bibita post purgationem menstruorum. ȝ. v. generare non sinit si. v. aut. vj. diebus bibita fuerit.

C ¶ Epimedia ꝰm Dyas. ca. qď incipit mespila: est ingt ⁊ illa q̄ in hyspania nascit quā multi epimelidam vocāt: semen rotundum hñs: hoc aptum est ad comedendum: ⁊ est stipticū: ⁊ tarde maturescit similis sorbo: ⁊ nos latini vocamus hanc epimelidam anzarolam.

¶ Isidorus vocat eam Pomelido de qua lege capitulum mespilum de. m. E

Capitulum. clxxiiij.

Femereon est apud Dyascoridem capitulo Effemereon: quem multi yrini c agrestem vocant: folia ⁊ hastam similia lilio habet: sed tenera ⁊ flores albos ⁊ minores: ⁊ semen molle: radix est ei grossa vt digitus. Virtus est illi stiptica ⁊ odoris boni: nascitur in locis vmbrosis ⁊ in siluis.

Operationes.

¶ Dyasco. Radix eius decocta in ore retenta dolorem dentium mitigat. A

¶ Folia vero eius in vino decocta ⁊ cathaplasmatibus imposita tumores ⁊ duricies spargunt. B

Capitulum. clxxv.

Bulus. Sciēdum ꝙ actis est sambucus Cameactis dr̄ ebulus: ⁊ sunt plā- c te oībus note. Vñ vīsus. Sambucus ē actis sed ebulus est cameactis. De sambuco tractabit in ca. sambuc⁹ de s. Sera. li. ag. ca. cameactis. Cameacti duo sunt spēs: q̄rū vna grece dr̄ actis: in latino sambucus: ⁊ scďa nominat in greco cameactis: ⁊ esus ē intētio terrenus actis ⁊ in latino dr̄ ebulus: vīus eius ē q̄ desiccat ⁊ incarnat ⁊ resoluit resolutōe tēperata. Pli. ca. cameacti. Eius due sunt species: caꝝ vna assimulat arborib⁹ hñtibus ramos sītes cānis rotūdis: quoꝝ colorē ad albedinē ⁊ sūt lōga ⁊ sūt i eis q̄ttuor folia aut gnqȝ porrecta sup ramos quos libȝ: ⁊ silia folijs

nucis: minora tamen eis: habentia grauem odorem: et in summitatibus ramorum sunt flores albi et grana similia granis viridibus vel lentisci: quorum color declinat ad purpureitatem cum nigredine: et sunt velut in racemis: et habent multam humiditatem odorem lini: et ista dicitur actis. Alia vero species que dicitur cameactis est minor prima: habet ramos magis punctes herbe quadratos in quibus sunt multi nodi: et folia inuicem distantia: et singulis nodis filia folijs amigdalis in summitatibus suis: nisi quia habent venas: et sunt longiora eis hñtia graue odorem: et in sũmitatibus ramorum sunt capitella similia coronis supradicte speciei: et semen et flos similiter et habet ramos longos grossitudinem digiti habentes.

Operationes.

A ¶ Uirtus cameacti est stiptica: et accepta humorem aquosum ventris deponit: et cacostomatica est: folia ipsius elixa et sumpta sicut olus ventrem mollificat: et maxime coleram deponit: bafte illius tenere elixe et comeste ola similiter facere possunt. ¶ Radix ipsa elixa hydropicis
B eximium remedium est. Morsibus vipe impofita
C et bibita occurrit. ¶ Cocta in aqua et fomento adhibita duricies matricis soluit. Semẽ ei⁹
D est vino bibitum ola filr facere nouit. ¶ Cum oleo infectum capillos nigrescit. Folia eius viridia tumores spargũt: polenta mixta conbustionibus imposita prestolant: morsibus canis imposita medent. Uulneribus paracolesim faciũt. Sinus vulnerũ ad sanitatem pducunt: hydropicis et surdis fomento adhibita
E prestolantur. ¶ Superfluos sonos auriũ in naribus infusum cõpescit: similiter et vermes
F occidit. ¶ Scabies et prurigines tepidum fomente adhibitum prohibet. Morsibus venenatis occurrit. Lac coagulatum soluit. ¶ Tus
G sim antiquam compescit: sed recentem auget. Ortonoicis calidum prodest. Reuma gule
H gargarismo prohibet. ¶ Squinanticis singularem prestat effectum. Uuule pẽdenti subuenit: dolores dentium tenta in ore mitigat. ¶ Actis dicitur sambucus. Cameactis ebulus desiccatiue virtutis sunt: et glutinatorie et dyaforetice: tenerum ebuli cum folijs tritũ et cum vino potui datum calculosis prodest. Radix eius in aqua cocta ad tertianam valet: et bibita spleneticos mire iuuat.

Capitulum. clxxvj.

Ruca. Platearius. Eruce due sunt
E species. Domestica videlicet et siluestris: et ambe sunt omnibus note. Eruca ca. est et hu. in. ij. gradu. Domestica minoris est efficacie quam siluestris. Usui medicine competunt semina: secundo folia. Uirtutem habẽt cõsumendi et coitum excitandi. Ysido. Eruca dicitur quasi vrtica: eo quod ignee sit virtutis: et in cibo sepe sumpta veneris incendium mouet. Huius

uet. Huius species sunt due: quarum altera vsualis: altera agrestis acrioris virtutis. Utra qꝫ tamen vsum veneris cōmouet. Pli.ca.de eruca. Ex ea est domestica ⁊ siluestris ⁊ misce tur in cōdimentis in quibus carnes ⁊ pisces intinguntur: tanta suauitas ei est vt greci eu. zonomia appellauerint: ⁊ tamen euzomum vocari reperi in ꝙpluribus locis.

Operationes.

A ¶ Platearius. Eruca habet virtutē consumendi ⁊ coitum ad incitandum: ad stranguiriam ⁊ dissuriā ⁊ paralasim valet decocta cuꝫ carnibus: cōtra pdictas puluis seminis eius cū cepe decoquatur: ⁊ si detur herba ipsa decocta in vino ⁊ renibus cathaplasmata libi-

B dinem excitat. ¶ Pectini imposita vrinam prouocat. Puluis seminis eius cum melle ⁊ cōficitur qui cathaplasmatus renibus libidi-

C nem incitat. ¶ Gal. de cibis est ca. ⁊ hu. in secundo gradu. Et ipsa quidem generat sperma: ⁊ generat vētositatē: ⁊ ideo facit erectio-

D nem virge. ¶ Et dicit Gal. eodem lib. ca. de eruca ſm trāslationem grecam calefacit potenter hoc olus: vt neqꝫ solū comedere ipsuꝫ facile si non mixtum cum folijs lactuce: sed ⁊ sperma generare creditū est: ⁊ impetus ad coitum excitat. Dolorarium autēꝫ capitis: ⁊ est

E magis si quis ipsum solum comedat. ¶ Sed idēꝫ in vj. de sim. medicina ca. de agno casto

F dicit: ꝙ est ca. ⁊ sic. complexionis. ¶ Naꝫ dicit ꝙ agnus castus non est generatiuus spēe vaporosi sicut eruca: qꝛ augmētaret impetuꝫ coitus sicut eruca: sed propriū est eruce habere vim in calefaciēdo ⁊ exsiccando: nōn tamē agno casto similis est: paulo namqꝫ deficit in ambobus. Naꝫ calefactiua qdem ⁊ siccatiua est eruca: differt aūt in pmixtione qualitatis

G ⁊ virtutis. ¶ Sera. aucto. Gal. Eruca generat sperma ⁊ excitat libidinē ⁊ generat vento sitateꝫ: ⁊ ideo facit erectionē virge: ⁊ si comeditur sola inducit dolorē capitis: quare oportet vt comedatur cum ea lactuca endiuia vel portulaca: ⁊ ipsa prouocat vrinā ⁊ laxat ventrem: ⁊ siluestris est fortior ꝙ sit domestica.

H ¶ Et idē auc. Abē mes. Succus eruce recēs qñ administratur cū felle bouino laxat vētrē ⁊ cōfortat digestiuā: ⁊ linitur cū eis supra ci-

I catrices vlcerum ⁊ delet eas. ¶ Dyas. ca. de eruca. Eruca multū comesta ventrem stimulat. Semē eius oia illa facere potest: nā diureticum est ⁊ calefactorū. Carnes seruare a putredie pōt lacti aut aceto mixtū ⁊ trociscis f. de factis. Eruce agrestis semie multi ꝑ sinapi vtunt: vtus ē ei diuretica ⁊ visadior: vtra qꝫ vt aiunt veteres cōmouet actus venereos.

Capitulum. clxxvij.



Enula campana. Isi. Enula herba est

C quam rustici alnā vocant: radice aromatica: odoris summi cum leui acrimonia. Sera. li. aggre. ca. rasin: auc. Dyas. Rasin. i. enula: nominant eam quidem zinziber: ⁊ habet similia folijs plante que dicitur flomos nisi: qꝛ sunt asperiora ⁊ lōgiora eis: ⁊ habet stipitem magnum: ⁊ folia eius non eleuantur a terra: sed extendūtur super faciē terre: ⁊ hꝫ radicem magnam boni odoris: cuius sapor hꝫ acuitateꝫ ⁊ est rubei coloris. Inueniē tur aūt planta que oritur sicut yreos: ⁊ est sicut serpentaria ⁊ nascitur in locis montuosis ⁊ humidis ⁊ in hortis. Euellitur autēꝫ radix enule in tpe estiuo ⁊ desiccatur: ⁊ est illud qđ ex eo administratur. Et est in babylonia alia species enule: ⁊ est planta habēs ramulos longitudine vnius brachij: qui extenduntur super terram sicut serpillus: ⁊ habet folia sīīa folijs lenticule: nisi qꝛ sunt longiora ⁊ plurima sup ramos ipsos: ⁊ habet radices paruas citrinas: quaruꝫ grossitudo est sicut digitus medius: ⁊ subtilior pars radicis est subtilior

superiori parte eius: ꝛ super ipsa est cortex niger nascitur vero in locis maritimis: virtus est ei ca. ꝛ hu. ꝛ est in ea caliditas supflua indigesta. Dyasco. ca. de ellenio fm trāslationē nostrā. Ellenij multi simpbitum vocāt. Alij vero bachī. Alij vero flomū. Latini vero enulam vocāt: folia habet floma silia angustia ꝛ mollia ꝛ oblōga non crescētia in altū: ꝛ super terrā late distendunt. Radix est illi ingens ꝛ odorabilis ꝛ rufa ꝛ viscida gustu non suauis Frutex est similis lilio. tirsum habet album. In cuius sūmo flos est aureus: ꝛ montuosis ꝛ vmbrosis nascit locis ꝛ humidis ꝛ in ortis. Galienus. vij. sim. far. ca. ellenium siue tima lium siue enula campana. Hec plāta ꝛ radix maxime vtilis est ad statim in pmo aggressu calefacientiū. Et iō dicēdum est nō ex certitudinaliter ca. ꝛ siccā sicut nigrū piper ꝛ album. Imo cū humiditate superflua. Platearius. Enula campana ca. est in fine tertij gradus ꝛ hu. in primo. Enule radix magis competit medicine ꝙ folia: ꝛ viridis ꝙ sicca.

Operationes.

A ❡ Sera. Uirtus eius ē ꝗ adiuuat ad excreādum grossos humores ꝛ viscosos a pectore ꝛ pulmone: ꝛ calefacit membra egra egritudine fri. sicut sciatica emigranea: ꝛ cōfert flurtibilitati membrorum que fit ad humiditate.

B ❡ Et qñ bibit decoctio eius prouocat vrinā ꝛ mēstrua: ꝛ ꝯfert coartationi ani: ꝛ attritioni neruorū ꝛ tumoribus: ꝛ morsibus venenosis propter sui ca. folia vero eius quando coquuntur cū vino ꝛ fit inde emplastrū confert

C sciatice. ❡ Et quādo radix eius cōficitur cū rob est bona stō: ꝛ qui cōficiunt eam desiccant prius: deinde infundūt in aqua ꝛ terunt ꝛ po

D nunt in rob ꝛ reponūt. ❡ Humay ex verbo ypo. Enula aufert irā ꝛ tristiciā ꝛ fortificat os stomachi ꝛ mūdificat pectus prouocat superfluitates que sunt in venis per vrinā ꝛ mē

E strua: ꝛ proprie vinū qđ fit cum ea. ❡ Galienus. Elenium id est enula campana miscetur cum electuarijs que fiunt ad educendum viscosos ꝛ grossos hu. existētes in torace ꝛ pulmone ꝛ calefaciunt eas particulas que frigidis ꝛ diuturnis passionibus molestant. sicut sunt quedam sciatice ꝛ emigranee: ꝛ cōtinue passiones articulorum propter frigiditatem. ❡ Dyascorides. Ellenium est virtutis feruētis ꝛ mictualis. Radix eius estate fossa siccatur. Aqua elixature eius vrinam prouocat:

G menstruis imperat solutione. ❡ Radix eius contusa addito melle vt electuarium tussim sedat: ꝛ ortonoicis curat: morsibus venenatis occurrit ꝛ medetur: folia vero eius tunsa ꝛ cathaplasmatibus adhibita sciaticos sanāt

H ❡ Folia ex vino cocta ꝛ renibus imposita coxiosos emendant. Multi vero eadem folia sicca sale addito ꝛ dulcore procurant cibum pro stomachi salubritate: que quidem cū sale siccanda sunt: vt ex caparo cibi fieri solent.

I ❡ Succus eius cum ruta tussientibus prodest: vrinam quoqꝫ ꝛ menstrua ꝛ partum expellit.

Capitulū. clxxviij.

Esula Io. Mesue. Esula est ex specie

e bus lacticiniarū: ꝛ est solutiuū rusticorum. Et est eius aliud nigrum habēs radices rotūdas ꝛ grossas spissi corticis ꝛ desi ponderosi. Et aliud est paruum habens radices subtiles tenuium corticum. Electio magnum est malū scindēs viscera: paruū vero illud qđ eligitur: ꝛ melior pars plante eius est cortex radicis ipsius: ꝛ lac eius est acutius ꝛ fortius: ꝛ melior radix eius est habens proprietates quinqꝫ: scilicet cuius cortex est subtilior ꝛ lenior facile frangibilis: ꝛ est habens de rubedine aliquid sicut cassia proprie super quam preterijt medietas anni. Recens vero mensis sui

menfis fui est mala: nigra vero pniciosa ꝛ orta in locis ternarum similiter: ꝛ melius tempus collectionis radicis eius est principiũ veris: ꝛ lactis eius finis ipsius est calide complexionis: ꝛ sicce in principio tertij: ꝛ lac eius est calidius: ꝛ est cõpositum ex substantia ignea acuta ꝛ subtili: ꝛ ex substãtia terrea stiptica: ꝛ est incisiuum ꝛ subtiliatiuum: ꝛ exsiccatiuum materierum submersarum: liquefactiuuz disruptiuum orificiorum venarum. Rectificatio. Nocet cordi epati ac stomacho ꝛ disrumpitit venas: ꝛ excoriat viscera: ꝛ derelinquit inflammationes facientes cadere in febres: ꝛ emendatur primum nocumentuz quod ex eo timetur: permiscẽdo aliqua ex medicinis cordialibus ꝛ stomaticis ꝛ epatis cum eo. Et secundum ꝛ tertium corrigitur acquirendo ei bonitatem cum rebus conglutinatiuis ꝛ coadunantibus confortantibbus: sicut est dragãtuz ꝛ gummi ꝛ bdellium ꝛ muscilago psillij: ꝛ succus portulace ꝛ similia. Et quartuz nocumentum tollitur permiscendo ei ex rebus infrigidãtibus ꝛ extinguentibus aliquas ex his facientibus apud me est vt infundatur in succo altararacon: aut in succo endiue ꝛ pauco aceto: ꝛ si fuerit acetum decoctionis aut infusionis citoniorum erit melius: mirra quoqꝫ sigillat ei bonitates notas ꝛ absinthiuz: similiter ꝛ aloe. Et dixit Judeus: infundatur in lacte dulci aut acetoso ꝛ in eo remoueatur lac multotiens ꝛ exsiccetur: reprimitur enim sua malicia. Et dicit Ruffus. Si solutio per euz superat laboriosa sedeat in aqua frigida solutus (mihi enim videtur verbum inconueniens) circundans enim frigidum includit ꝛ coadunat virtutez medicine ꝛ corroborat cãnenõ ꝛ materias ꝛ vias impulsionem repellit sicut te scire fecimus. Succurrendũ enim tunc sicut diximus in canone.

Operationes.

A ℭ Johãnes Mesue. Solutione educit flegma vehementer ꝛ aquam citrinam ꝛ humores melancolicos ꝛ materias a iuncturis ꝛ cõfert dolori earum.

B ℭ Est ex medicinis magnis ydropisis. Verũ nocet stomacho ꝛ epati ꝛ desiccat corpus vtẽtis ipso: ꝛ consumit sperma.

C ℭ Et lac eius facit hoc vehementius ꝛ facit cadere in febres. Dosis corticis radicis eius est a kyrat. ij. vsqꝫ ad. iij. ꝛ eius lactis a kyrat i. vsqꝫ ad. iij.

D ℭ Sed sciendum ꝙ esula oritur in locis calidis ꝛ siccis: cuius magnam copiam vidi sardinie ꝛ tunisij: ꝛ similatur multum herbe dicte lunarie: nisi qꝛ esula lactescit: lunaria vero non. Unde versus. Esula lactescit: sine lacte linaria crescit.

ℭ Dyascorides. ʒ. ij. radicis eius accepte colera ꝛ flegma deponunt. Succus eius obulo. i. acceptus aut cocliarium vnum: omnia similiter facere potest. E

ℭ Confectio pillularuz conferentiũ ad ydropisim. Accipiuntur eius preparati partes. iij. mirabolanorum citrinoruz partes quattuor aloes: partes quinqꝫ confice cum succo feniculi aut absinthij aut endiuie. Et est dosis earum a. ʒ. i. ß vsqꝫ ad. iij. ꝛ quidaz ex lacte eius ꝛ farina oblatas faciunt: ꝛ soluũt cũ eis: ꝛ quidam faciunt cũ aneto ꝛ zuccaro ꝛ lacte ipsius ꝛ quidam cũ carne citoniorum ꝛ mastice ꝛ lacte eius: ꝛ faciunt solutiuum bonum. F

ℭ Serapion aucto. Dyascoridis. Si de radice eius accipiatur. ʒ. i. ꝛ bibatur cum mellicrato laxat ventrem: ꝛ pondus duorum onolosat foliorum eius idem facit: ꝛ semen eius si de eo accipiatur laxat coleram ꝛ flegma: ꝛ si sumatur ex lacte eius. ʒ. i. idem facit. G

ℭ Et idem auctoritate Aben mesuay. Scebran proprietas est sicut mezereon. Si autez quis vult illum accipere preparet ipsuz: sicut preparatur mezereon: nisi ꝙ loco absinthij ponatur rose ꝛ dragantum: ꝛ bibat ipsuz cũ aqua mellis: aut cum rob aut cum decoctione mellis: aut cum olere iameno ꝛ dosis eius ab vno kyrat vsqꝫ ad. ij. H

ℭ Paulus. Scebran: id ẽ esula laxat aquã citrinam: quando bibitur cum sauich. I

ℭ Et idem auctoritate Aben mesuay. Laxat melancoliam ꝛ flegma. K

ℭ Et idem ꝑm librum quendaz venenosorũ id quod de ipso accidit est pondus. ʒ. ij. ꝛ abscindit fluxũ: qui accidit ab eo sedere in aqua frigida: ꝛ proijcere ipsum super caput eius. L

ℭ Et idem auctoritate Habix. Scebran est calida in tertio gradu: ꝛ sicca in principio secundi. M

ℭ Notandum est ꝙ in lacte esule non est aliqua bonitas: imo nocet ei qui accipit ipsum: ꝛ medici viatores occidunt cum eo multos propter ignorantiam ipsorum: ꝛ est maior ꝛ minor vt figura hic ostẽdit: ꝛ illud quod maior operatur: illud etiam minor facere potest. N

Capitulũz. clxxix.

Capitulum.clxxix.

Aſforbiũ eſt gũmi notũ: ⁊ videtur ſo
e nare apõ grecos bonũ formidari. Ná
dicunt euforuion: a fouon grece qõ eſt
timor: ⁊ eu.i.bonũ: quaſi bonũ ſit ipſum time
re pp ſui violentiaȝ. ❡ Dyaſco.ca. de eufor-
bio ſm tráſlationeȝ noſtrá. Euforbiuȝ arbor
eſt ſilis ferule albe. Naſcitur in maturicania
Ceraſienſi: que arbor plurimũ lacrimuȝ facit
viſcidum valde: quẽ lacrimũ multi colligunt
ſic: pro viſcitudine primo arbori pellem verue
cinam illigant: ⁊ ſic de longe baſtilibus iacu-
latur in radice: ⁊ cũ percuſſa fuerit radix vnũ
flumẽ ſtatim profluit lacrimis: ⁊ cũ coagula-
tus fuerit ſic eundẽ colligunt de pellib⁹ ſub-
tractis. Eſt autẽ optimũ qõ eſt recens ſubal-
bidum ⁊ glutinoſuȝ ex lento linguaȝ vehemẽ
ter ſubmordẽs ⁊ calefaciens. Eius genera ſũt
duo. Vnuȝ qõ colligitur ſubtractis pellibus
qõ melius eſt: alteruȝ quod cadit in terra ⁊c.
❡ Plini. Rex iuba inuenit herbaȝ euforbiá
medici ſui tpis noíe: cui⁹ regis volumẽ extat
inuenit eam in monte athlante: ſpectatur fo-
lijs achantinis. Vis eius tanta eſt vt ſuccus
eius elonginquo recipiatur: inciſo trunco ſu-
ſcipitur ventriculo edino locato humor lactis
videſ effuere. ❡ Sera.li.aggre.ca. aforbion.
auc. Dyaſ. aforbion ẽ euforbiũ: ⁊ eſt arbuſtuȝ
ſimile ferule in figura ſua: naſcitur in mauri-
tania ceraſienſi: ⁊ in regione taber eſt plenus
multo gũmi acuto. Caueát ſibi homines ab
eo qui colligũt ipſuȝ gũmi pp ſui nimiá acui-
tateȝ. Et ideo accipiũt vẽtres aĩaliuȝ ⁊ lauát
eos ⁊ alligant ſtipiti ipſius arboris: deĩde pũ-
gunt arboris ſtipitem a longe ſtantes cũ lan-
cea: effunditur náqȝ in ventribus exiens a ſti-
pite multũ copioſum ſubito acſi fundereſ ex
vaſe aliquo. Ita ꝙ aliqñ effunditur in terraȝ
ẽt ex eo ſubito pp ĩpetũ ſui exituſ. Et egrediũ-
tur de eo ex arbore due ſpecies: vna eaȝ eſt ſi-
milis ſarcocolle in quátitate orobi: ⁊ eſt ĩ fru-
ſta. ⁊ alia aſſimulatur feci. Adulteraſ autẽ cũ
ſarcocolla: ⁊ ex gũmi arabico ſibi admixtis.
Melius ex eo eſt clarũ acutuȝ. Experimentũ
autẽ eius p guſtũ eſt difficile: qm̃ ipſum mor
dicat linguá ſubito cũ violentia multa: ⁊ du-
rat mordicatio eius diu. Et pp hoc oẽ qõ gu-
ſtatur ex eo: poſtea videſ bonũ: primus autẽ
ad cuius cognitioneȝ peruenit hec medicina
fuit lineas rex koy. Et ideȝ auc. Gal. vi. ſim.
far.ca. de euforbio virtus eius ẽ ſubtilis acu-
ta ſicut virtus aliarum gũmarum ſimilium.

Operationes.

❡ Sera. auc. Dyaſ. Hoc gũmi qñ ſit cohol- A
cuȝ eo: habet virtuteȝ abſtergendi aquá que
eſt in oculo: niſi q: eius mordicatio durat to-
ta die: ⁊ pp hoc miſceſ cum aliqbus potioni-
bus que ſiunt cũ ſpeciebus: ⁊ bibitur ⁊ cõfert
ſciaticis. ❡ Et ipſuȝ excoriat oſſa in vno die: B
⁊ ſeparat ab eis fragmẽta corũ. Oportet aũt
vt premuniatur caro circũſtans oſſi cũ cero-
to aliquo vel cuȝ pannis lineis: ⁊ ipſum habȝ
virtutẽ laxádi ⁊ calefaciendi humores aquo-
ſos ſicut ſinapis. ❡ Et ideo cõfert laxatio ei⁹ C
ydropicis: ⁊ colice: ⁊ alijs frigidis egritudini
bus ſimilibus iſtis: ſed ipſum acuit coleraȝ ⁊
inducit ſitim nimiá: q: deſiccat. Oportet aũt
vt admiſceatur ei ſemen petroſilini aut aniſi.
❡ Et dicũt quidá qñ aliqõ animal remorde- D
rit aliquem ſcindatur cutis capitis eius ⁊ po
natur in illa ſciſſura: ex hoc gũmi trito nõ no
cet ei venenum ⁊ ponõ.ȝ.iij.ex eo occidit: qm̃
vulnerat ſtomachuȝ ⁊ inteſtina. ❡ Et idem E
aucto. Alcauzi. Stringit orificiuȝ matricis
multũ adeo ꝙ prohibet exire fetũ. ❡ Et idẽ F
auc. Aben meſuay. Proprietas ei⁹ eſt laxa-
re flegmá viſcoſum quod eſt in lúbis ⁊ in inte
ſtinis: niſi q: infert anxietatem ⁊ deſiccationẽ
aduſtionẽ ⁊ tenaſmoneȝ. Et rectificatio eſt ꝙ
non teraſ

nõ terat̃ multũ ⁊ misceat̃ cũ bdellio aut cum
succoliquiricie: aut cũ specieb⁹ aliq̃bus sicut est
spica ⁊ cinamomũ ⁊ cassia lignea: ⁊ liniat̃ cuꝫ
oleo rosaꝝ: ⁊ oleo amigdalino. Et meli⁹ ex eo
ē claꝝ nouũ: qđ trãsit ab vno ãno vsqꝫ ad tres
⁊ color eius ē citrin⁹ calidi odoris amaꝝ acu
tũ. Et dosis ei⁹ est a duob⁹ kirat vsqꝫ ad tres
G ¶ Johãnes Mesue. Solutione educit fleg-
ma viscosuꝫ ⁊ grossuꝫ a locis ꝓfundis corpo-
ris mũdificãs iũcturaꝝ vacuitatē ab humori
bus grossis difficilis eradicationis: nec est ei
res similis ad hec: ⁊ est ex rebus mundificãti
bus neruos: ⁊ ꝯsumentibus humiditates im
bibitas in eis dissoluit̃ in oleo keyri: ⁊ inũgi-
tur cuꝫ eo: ⁊ confert egritudinibus neruoruꝫ
frigidis: sicut est paralysis stupor ⁊ tortura ⁊
tremor ⁊ spasmus: ⁊ est mirabilis res ad id.
H ¶ Addi. Rasis. i. ꝯti. tra. xiiij. c. i. Sternuta
toriũ valēs ꝯ epilepsiaꝫ torturã: apoplexiã: ⁊
eis silia. ℞. euforbij: castorei: pulpe collogn̄ti
de ⁊ sticados: terant̃ ⁊ puluerizent̃ subtiliter
I ⁊ cribent̃: ⁊ ꝓuocet̃ cuꝫ eis sternutatio. ¶ Et
sũptũ ĩ potu ꝫ nodos emēdatiõis ē medicia
magna dolorib⁹ nodosis: q̃ vadũt ⁊ veniũt ꝑ
iũcturas: ⁊ ē ex reb⁹ q̃ faciũt sternutationē cũ
K fortitudie. ¶ Cõseruat̃ aũt q̃driēnio. Recēs
aũt ãni sui ē ꝑniciosũ. Mi aũt q̃ sumũt ipm ti
meãt frig⁹. Cõseruat̃ ãt ne cito senescat ĩ mi
L lio vł fabis vł lētib⁹ ¶ Et dixit Dya. Aure⁹
i. ex eo ĩt ficit. Dosis ei⁹ ē a kyrat. i. vsqꝫ ad. ꝫ.



Capitulū. clxxx.

Faba. ysidorus. Faba dicitur a vescē
do quasi faga. Fage nanqꝫ dicitur
grece come. Primum autem homi
nes hoc legumine vsi sunt. ¶ Palladius li.
libro. ij. Fbba si bis sarculetur proficiet mul-
tum fructum ⁊ maximum redditura: vt ad
mensuram modij complendi. ¶ Idem libro
vij. Mense Junio faba vellēda est luna pro-
cedat. Excussa ⁊ refrigerata ponatur: sicqꝫ
gurguliones infestos non patietur. ¶ Idem
libro duodecimo. In principio mensis No-
uembris faba spargēda est: que pinguissimũ
vel stercoratum desiderat locum: vel vallem
quam succus veniens a summitate fecundet.
Primo seritur: deinde proscinditur: ⁊ tunc
sulcatur. ¶ Idem libro tredecimo. In men
se Decembri faba circa septimum ydus po-
test seri. Nã post exactã brumam male semi-
natur. ¶ Auicēna. Fabe proxime sunt equa
litati: sed plus decliues sunt ad frigiditatem
⁊ siccitatē. In ipsis est humiditas superflua:
proprieqꝫ in viridibus: que frigide ⁊ humide
iudicantur. Nabatie quidē vehementius sti
ptice sunt: ⁊ egyptiace humidiores ac mino-
ris nutrimenti. Virides sunt plurime supflui
tatis: ac tarde digestionis: ac multe inflatio-
nis. Fabaꝝ meliores sunt grosse ⁊ albe: q̃ nõ
a gurgulionibus pforãtur. Deteriores autē
eaꝝ sunt recentes. Galienus. vij. simplicium
far. cap̃. de Faba ꝫm trãslationē grecã. cap̃.
Tiamus. id est faba: ꝫm vtrãqꝫ prope mediã
complexioneꝫ est in exsiccando ⁊ infrigidan-
do. Participat aũt quandaꝫ parumꝑ abster
siua virtute: caro eius sicut ⁊ cortex stipticus.

Operationes.

¶ Dyascorides cap̃. de Faba ꝫm translatio A
nem grecam. Faba nostra sumpta inflatio-
nes prestat: ⁊ indigestibilis est.
¶ Tussim medetur: ⁊ accepta dissinterijs B
⁊ solutioni ventris singulare presidium est:
vomitibus est vtilis: cui si aqua in coctura fue
rit mutata inflationem stomacho non facit.
¶ Viridis comesta vētrē inflat: ⁊ cacostoma C
cha est farine fabe cathaplasmatibus adhi-
bita cũ polenta tumoribus percussure occur-
rit. Id sola facere nouit: tumorē mãmarũ si-
mili modo curat: lac mãmillis nimis ꝓfluēs
imposita vt cathaplasma stringit: mixto mel
le ⁊ farina fenugreci parotidibus prodest.

D Liuores corporis detergit. Cum rosa ꝛ thure masculo ꝛ albumine oui mixto dolores oculorum compescit. Dentibus conquassata ꝛ fronti i inposita tumores testium spargit.

E ¶ Infantibus si iposita fuerit testes pro pendere nō sinit. Cortū eiꝰ coctū ꝛ catbaplasmati ipositū maculas albas emēdat. In balneis fricatione adbibita capillos tenuescere facit.

F ¶ Fluxum sanguinis vulnerum stringit pulvere ipso solo asperso.

G ¶ Faba media est inter frigidā ꝛ calidā distēperantiā aliquid participans protectorie virtutis ꝛ stiptice. Quare exterius posita sine molestia desiccat. Podagricis igitur ꝛ arteticis in aqua cocta admixta adipe ouis recenti: aut anserina mitigat dolores neruorū: aut ꝯtractionē: ꝛ vlcerationes cū oximelle fabe farina cocta: ꝛ supposita vt catbaplasma sanat

H ¶ Nā ad testiculos ad māmillas est optimū catbaplasma: amant enim loca hec mediocriter infrigidari si sint inflāmata: maxime qñ de lactis coagulatione patiunt̄ inflāmatiōes

I ¶ Rabbi Moyses capitulo de faba: corrūpit mentem: ysaac in dictis particularibus particula prima capitulo de fabis.

K ¶ Fabe in natura sua frigide in siccitate diuerse sunt. Comeduntur siccе ꝛ perfecte suis temporibus. Comeduntur enim virides necdum missionis sue completo tēpore virides frigide sunt ꝛ humide in primo gradu.

L ¶ Nutrimentum eorum nimis generat humores crudos ꝛ grossos inflatiue ventositatem faciunt in superioribus ventris: propter quod stomacho valde nociue sunt.

M ¶ Sicce ꝟo suisq; tpibus pfecte frigide sūt ꝛ sicce in .i. gra. nō in laudabilē sanguinē creant: ordeo magis nutriunt accidentaliter nō naturaliter duabus de causis. Una propter sue substātie grossiciē ꝛ tarditatē solutionis ex mēbris: subtilitate vero substantie ordei: ꝛ dissolutiōe ex mēbris cita: vñ minus nutrit.

N ¶ Secunda propter sui multitudinis vētositates ꝛ grossiciē eius: vnde carnē inflat ꝛ dilatat: ꝛ operatur in ea id quod frumentū in farina: propter hoc in superioribus ventris ventositatem plurimam grossam generat ꝛ inflatiuā: ex qua fumus incipit ascēdere ecerebro nocēs: ꝛ somnia multa corrupta inducit.

O ¶ Cum igitur naturaliter hoc habent fabe non eis aliquo coctionis modo possunt auferri. Unde Galienus. Fabe si nimium coquantur inflationem ꝛ ventositatē suam sicut ordeo auferre nequimꝰ: minuere tñ possumus.

¶ Experimēto aūt probatur in eis qui fabis vtentes assidue indigestionem patiuntur: ꝛ si sanissimus sit fit idem. Omnia autem que diximus earum insunt medulle tantummodo. P

Capitulum .clxxxi.

Faba egyptiaca. Dyas. cap. de faba egyptiaca. Fabā egyptiacam multi polleticō appellāt: in egypto nascit̄ ꝛ in asia ꝛ in sicilia ꝛ in stagnis nascit̄: folia hñs altitudinē ꝛ latitudinē hñtia: florē ferēs croceū que si multū floruerit pdunt̄ folia: flos eius est in medio ipsiusvbi est rotūditas qdā vbi silique ipse nascunt̄: flores ipsi cinoria dicunt̄ ea ratione qua sterasulos dicunt̄: q: hec est illis ꝯsuetudo ex argilla faciūt steras ꝛ ibi includunt ipsum semē: ꝛ sic ponūt vt nascat̄. Radix est grossior ꝙ cāne: cocta ꝛ cruda māducat̄: que ꝛ collocasia appellat̄: a qbusdā culcasia: quod idem est. Et ideo ad eius inuestigationē quere in littera culcasia superius de C. Semē eius comeditur siccum ꝛ viride color niger est ꝛ maior ꝙ nostra faba. ¶ Galie. li. ij. de alimentis. cap. de faba egyptiaca. Non est lupinus vt putauerunt aliqui. Nā facit ibidem aliud capitulū de lupinis. Sed apud Auicēnā. libro. ij. de faba egyptiaca: q̄ ꝛ faba syriaca dr̄. ¶ Unde Aui. vocat eā fabā syriā: qm̄ de ipsa multū nascit̄ in syria.

Sed vera faba Siria est faba greca. Sed faba egyptiaca apud Johānem Serapio. Est pondus ponderans fumēnet quattuor scdm arabes: ꝛ sunt obuli.iiij. ꝛ sunt grana. xlviij.

Operationes.

A Auicenna. Si fiat ex ea gargarismus cum lacte ꝛ sale contra egritudines spiritualium confert. Et est cibus in egypto.

B ¶ Et solutione educit aquam citrinam: ꝛ proprie semen eius ꝛ succus ipsius.

C ¶ Et prouocat vrinam: ꝛ generat sperma: ꝛ expellit coleram ꝛ aquositatem eius cum facilitate: ꝛ potus ipsius fit ab vna tertia libre vsq; ad duas tertias.

Capitulū.clxxxij.

Faba inuersa. Pli. Faba inuersa est herba cuius folia sunt sicut folia alkekengi: stipes eius longitudinis cubiti vnius aut duorum aut plus: semen eius viride: tendens ad nigredinem: magnitudinis fabe cōmunis: habens quasi effigiem in medio sicut faseolus: ꝛ romani vocāt eā fabariam.

Operationes.

A ¶ Fabaria siue faba inuersa in vino decocta ad testium tumores ac genitalium proficit.

B ¶ Fomento ēt ex aceto decocto tūores maturat ꝛ aperit, Itē liuorib' quoq; cōbustis medet. ¶ Et lvoci eā pdesse Marc' varro fatet. C

¶ Fabarum deniq; siliquarūq; cinis ad coxendices ꝛ ad neruorum veteres dolores prodest cum vetustate suilli adipis: per se quoq; decocte ad tertias cortices fabarū sistunt aluum. D

Capitulū.clxxxiij.



Fagasmon. Dyasc. ca. fagasimon.

F Fagasmon quā multi apparine dixerūt est plāta quā vocāt sanction: ꝛ est xiphiō ꝛ ē gladiolus segetalis: folia h; yridis: sed minora ꝛ angusta ꝛ acuta: hasta; h; asperā ꝛ cubitalē cū floribus purpureis. Radices sunt illi due paruule ꝛ rotūde: vnā h;s super terrā positā sicut bulbi minores. Altera est de subtus tenuis ꝛ supgrossior. Nascit locis cultis: superior maior est ꝛ acrioris virtutis.

Operationes.

¶ Dya. Cathaplasmatibus adhibita pustulas ꝛ tūores corporis tollit: medicamīb' mixta ꝛ supposita mēstrua impat. ¶ Cū vino bibita vētrē stimulat. Cathaplasmatib' imposita cū vino atq; thure sagittas vel stirpes educit. A B

¶ Soluit ēt inguinū collectiones. Radix vo inferior accepta infantiū enterocelicos medet C

Capitulū.clxxxiiij.

Agus. Ysid. Fagus arbor glādifera
f inde noīata esse creditur: qꝛ olī eius hoīes vixerūt fructibus. Dicta est. n. fagus a fage grece qđ est latine comedere.
C Pli. li. ij. Fagis pectines trāsuersi in pulpa fuerūt apud ātiquos. Inde ꝛ vasis ponos. Marcus curius iurauit se ex preda nihil attigisse pter guttū faginū quo sacrificaret lignū in lōgitudinē ita fluctuat vt que pars fuit a radice validius sidat. Fagus ac cerrus celeriter marcescunt. Facilis est fagus in materia quāq̄ fragilis ac tenera. Eademq̄ fictilibus laminis in tenui flexibilis: capsisq̄ ac scriniis sola vtilis: fagus in plana descendit sicut ꝛ quercus. Fagoq̄ facilime ex omnibus que renā ferūt: sed minime durāt pterq̄ ex pino.

Operationes.

A C Pli. li. xv. 3. Huiꝰ glās muribꝰ gratissi
B ma ē. C Idē li. xxiiij. Fagi folia ī gingiuarū ꝛ labiorū vicijs mādicant. Glandis faginee cinis calculis illinit. Item cū melle alopitijs.
C C Pal. li. i. de fago vel fraxino diutissime tabulata durabūt si stratis sup paleis vel silice calcis humor nusq̄ ad tabulati corpus acce
D dit. C Idē li. xij. Fagus ī sicco vtilis est: hu
E more corrūpit. C Ex lib. de na. re. Fagus est arbor glandifera: cuius fructus est dulcis: sꝫ pectori nociuꝰ. Oleū vero clarissimū lāpadibus administrat: lignū eiꝰ satis admodū durum: sed vermibus penetrabile: nisi fumo pe

ne fuerit ꝯtinue delibutū: viride autē in aqs positū p lōga tpa fertur in lapidē durescere.

Capitulum. clxxxv.



Aseolus Sera. li. ag. ca. luchia siue
f lubia. aue. Dyas. luchia. i. faseolus: folia hꝫ silia folijs plāte que dr cussus: nisi qꝛ sunt molliora: ꝛ rami eius sūt subtiliores siles filis adherētes herbis: qbus approximāt: ꝛ elōgant multū donec fit vmbraculū sub eis: ꝛ hꝫ vaginas subtiles siles vagīs fenugreci: nisi qꝛ sunt lōgiores eis ꝛ pinguiores: ꝛ interius vident quasi varij diuersi coloris: qꝛ quedā trahūt ad albe. ꝛ q̄dā ad rube. ꝛ comedit huiꝰ fructus elixus sicut comedūt sparagi. Virtus eorum ca. ꝛ humi. in. i. gra.

Operationes.

C Serapion. Generant multam ventosita- A
tem: ꝛ prouocant menstruā: ꝛ inflant: ꝛ generant humores flegmaticos grossos. Et sunt mali stomacho: ꝛ rubei sunt grossiores.
C Et qn̄ sumuntur cū sinapi ꝛ comedunt: si- B
napis ꝓhibet malitiā eoꝝ: ꝛ albi quidē sunt multā hūiditatē hūtes ꝛ sunt graues digestioni: ꝛ ciminū iuuat ad digestionē eoꝝ: ꝛ comedere eos calidos cum almuri ꝛ oleo ꝛ cimino ꝛ non comedatur cortex eorum exterior.
C Et bibitur post eoꝝ vinū paruū grossū: ꝛ C
purpurati cū aceto sunt difficilis digestionis

D propter siccitatem aceti. ¶ Et de proprietate
corum est prouocare menstrua: ⁊ maxime q̄ sunt
E rubei ex eis. ¶ Et ipsi sunt boni pectori ⁊ pul
F moni: ⁊ faciūt somnia mala. ¶ Auerrois li.
colliget. ca. de fasceolis. Fasceoli declinant ad
G ca. ⁊ hu. ¶ Et ipiguāt corp⁹: ⁊ puocāt vrinā:
⁊ sanguinē mēstruū: ⁊ laxāt vētrē ꝓpe rubei

Capitulum. clxxxvi.

Fraxinus. Ysi. Fraxinus vocari fert
f eo ꝙ magis in aspis locis mōtanisq̄
frugis nascatur. Sera. li. ag. ca. dir-
dan. i. fraxinus ita nōiatur grece i oriēte: ara
bes nōiant eā arborē cinicū: ⁊ in persia nomi-
nant eā luzacb. ⁊ est arbor hn̄s in ramulis ca
merulas in quibus est humiditas que qn̄ de-
siccat generant ex ea alia animalia silia cimi
cibus. ¶ Et idē auc. Gal. Sapor eius est sti
ptic⁹: ꝟtus ei⁹ ē q̄ īfrigidat ⁊ desic. ¶ Pau.
ca. de fraxi. Fraxi. frigi. est ⁊ siccus in. ij. gra.

Operationes.

A ¶ Sera. Uirtus eius est que ꝯglutinat dū
est recēs ⁊ cōglutinat vlcera recentia: ⁊ radix
ei⁹ ad hoc valet silr̄ qn̄ proijcit aqua i q̄ de-
coq̄tur sup ossa cui⁹ ꝯglutinatio ē necessario
B ¶ Sed cortex eius dum recens est proprie si
legitur super locum vulnerum ꝯsolidat eū.

¶ Decoctio corticis eius consumit flegma: C
⁊ quando cortex exsiccatur curat egritudinē
cum qua eleuatur cutis.
¶ Gal. lib. dynami. cap. de passionibus sple- D
nis. Corticē fraxini coque in vino ⁊ da bibe-
re: ⁊ infallabiliter splenem attenuat. Nā res
probata est: ꝙ si dedē procello bibere aliq̄bus
die. ⁊ interficiat paruissimū inuenies splenē.
¶ Pau. Contra fluxum ventris ⁊ lienteriā E
⁊ dissinteriam vz fomentum ex aqua pluuiali
decoctionis corticum eius.
¶ Contra vomitū ex debilitate virtutis con F
tentiue: cortices eius buliāt ⁊ spōgia intincta
super stomachū ponatur ⁊ ex cinere eius ⁊ ar
gento viuo fit optimū vnguentū ꝯ scabiem.

Capitulum. clxxxvii.

Flamula. Pla. Flāmula dr̄ q̄r vir
f tutē hz incensiuā: ⁊ est ca. ⁊ sic. in. iij.
gra. viridis est multe efficacie: exsiccata vero
nulli⁹. ¶ Ysi. Flāmula ca. ē ⁊ sic. in fi. ij. gra.

Operationes.

¶ Pla. Ad cauterium siue ignē faciendum A
flāmula cōteritur ⁊ super locū ponitur ac per
diē dimittitur: sic postea cutis cōbusta repit.
¶ Ad apostemata rumpendū qn̄ versum est B
ad saniem: ⁊ caput est durum. Nec cū squa
ma ferri conteritur ⁊ cū oleo superponitur.
Oleum si quidem ponitur ad relaxationem

ne flammula multum deficeet.
C ¶Contra quartanā etiaꝫ ⁊ arcticā interius
operatur. Oleum rosaceum ex ea confectum
valet contra yliacam: in cibis vel alio modo
D sumptum. ¶Idem quoqꝫ valet exterius in-
unctum: contra dolorem arteticum ⁊ yliacaꝫ
stranguiriam ⁊ dissinteriam: ⁊ contra vitiuꝫ
lapidis per clystere iniectum confert

Capituluꝫ.clxxxviij.

Ragaria. Dya. Fragaria herba est
f multum nota: fructus eius homines
solent comedere. Folia habet similia
folijs brionie: nisi qꝫ sunt molliores ⁊ lanugi-
nosi. Rami eius subtiles similes filis: semen
habet album simile milij. Fragaria frigide ⁊
humide est complexionis in.i.gra.

Operationes.

A ¶Pla. Herba ⁊ fructus frigide sunt cōple
B xionis. ¶Contra nimiū fluxū mēstruoꝝ suc
cus fragarie cū succo plantaginis mixtū con-
fert. Itē fragaria sumpta cū boragine ⁊ bu
glosse in cibis generat bonum sanguinem.
C ¶Omnia vulnera consolidat cum succo fra
garie linita. Recipi succi fragarie ⁊ aque plā
taginis ⁊ aque scabiose.ana.ʒ.ij.mellis rosa-
ti succi mororum celsi.ana.ʒ.i.aceti parū mi-
D sceantur: fiat gargarismus. ¶Sumptū vꝫ ꝯ
apostemata gutturis cum eo gargarizando.

Succus ēt fragarie cum cimino sumptus vꝫ
ad fetorē oris. Item cuꝫ boragine sumptū va
let pro dolore capitis ⁊ corde. Itē aqua deco-
ctionis eius fragarie valet cōtra dolorem ca-
pitis: ⁊ sedat sudorē ⁊ calorē. ¶Fructus eius E
sedat sitim. Ad cōsolidandum fracturaꝫ cru
ris vel alterius membri. Re. succus fragarie
succ⁹ plantaginis.ana.ʒ.iij. folia fraxini.ʒ.i.
decoquātur simili ad modū emplastri ⁊ sup-
positū multū valꝫ. ¶Succus fragarie cū suc F
co ꝯsolide minoris mixtus ꝯsolidat vulnera.

Capitulum.clxxxix.



Eniculus. Pla. Feniculus est in.ij.
f gra.ca.⁊ sic. Virtutē habet diureti
cam ex subtili substantia ⁊ qualitati
bus suis. Semen eius ⁊ folia ⁊ cortices atqꝫ
radices cōpetunt vsui medicine. In principio
veris colligūtur: ac per mediū annū seruanť.
¶Sera.lib.ag.c.baziems.auc.Gal. Hazi-
ems.i.feniculus: est ex eo domesticus ⁊ agre-
stis. Domesticus oībus est notus: cuius vir-
tus est prima que calefacit in.iij.gra. ⁊ desic-
cat in primo: secūda subtiliat: tertia generat
lac. Et agrestis dī maritimus vel montanus
radix eius ⁊ semē sunt fortioris desiccationis
ꝙ radix ⁊ semē domestici: qm̄ i domestico est
paꝝ stipticitas. Gal.vij.sim.far.c.de mara-
tro. Maratrū idest semē feniculi: calefacit q-
dem fortiter vt ex tertio iā possit gradu existe

re: siccat aūt nō similiter: sed secundū primū: ꝛ propterea lactis genaratiuū est: ꝛ non generaret si siccatet fortiter: suffusis aūt auxiliat̄ ſm eādē tōnem. Est vero ꝛ alius feniculus siluestris: quē vocāt pp magnitudinē equinū feniculū: cuius radix ꝛ semen ficcioris est virtutis alio qui apud nos est. Et mihi videtur exinde ꝙ ea que ſm ventrem sistat ꝛc̄. Et idem vi. sim. far. ca. ypomaratrum vocat feniculus istum siluestrem ypomaratrum: vel feniculus erraticum: vel caballinum: siue equinum. Dyas. ſm transl ationem nostrā. Feniculus calefacit manifeste: ꝛ desiccat mediocriter.

Operationes.

A ¶ Aui. li. ij. c. de feniculo. Fenicul' ortulan' cali. est in. ij. aperit opilationes: acuit visus: ꝛ proprie gumma eius ꝛ confert in initio aque: B ꝛ apud eius descensus. ¶ Et democritus quidem existimauit ꝙ venenosi vermes pascunt feniculi recentis semen vt eorum visus con-C fortetur. ¶ Et vipere ꝛ serpentes fricant oculos suos cū egrediunt̄ de cauernis suis post hyemē super ipsū: vt illuminent̄ oculi: qđ humidum est lac exuberare facit: ꝛ proprie ortulanus: ꝛ qñ bibit̄ cū aqua frigida: cōfert nau-D see: ꝛ inflationi stomachi. ¶ Et eius digestio est tarda: ꝛ eius nutrimentū est malū: prouocat vrinā: ꝛ menstrua Et siluester proprie frāgit lapidē in terreno quidē ꝛ fluuiali est iuuamentum ad renes ꝛ vesicā. Et proprie confert E siluester distillationi vrine. ¶ Et qñ comeditur radix cū semine suo: stringit ꝛ ꝯfert febribus antiqͥs: ꝛ datur in potu cū aqua frigida. F Et confert nausee ꝛ febribus: ꝛ inflāmationi stomachi: ex eis confert eius decoctio cū vino morsui vermiū venenosoꝝ ꝛ cum aqua: ꝛ teritur eius radix ꝛ ponitur super morsum canis G rabiosi ꝛ confert. ¶ Gal. Feniculus generat lac in māmillis. Suffusiones curat: ꝛ est diureticus ꝛ menstruoꝝ eductiuus. Et feniculus siluestris sistit ea que ſm ventrē etenim adest stipticitas maxima ei: huiusmodi: igitur non solū radix: sed multo magis semen. Et potest etiā lapides frangere: ꝛ ictericos sanare: menstrua prouocare: ꝛ vrinas mouere. ¶ Alius H vero equinus feniculus est cuius semen rotūdum est semini coriandri: simile vero in virtute semini alterius equini feniculi debilius ta-I men. ¶ Dyas. Feniculus lac māmillis generat: comestus vrinā ꝛ mēstrua educit: ꝛ cathaplasmatibus adhibitus cū ptisana comestus id facit. ¶ Elixatura eius bibita nefreticis ꝛ vesicce dolori medetur. Vrinam prouocat. Morsibus venenatis cum vino occurrit. ¶ Additio. Dixit Oribasius. Radices feniculi siluestris ꝛ eius femina bibita cū aqua conferunt manie de eorum proprietate. L

Capitulum. cxc.

Ebrifuga. Dyas. Febrifuga siue cētaurea minor est herba similis camomille: virgam habens perlongam angulosam: florem purpureum. Folia minuta ꝛ oblonga sicut ruta: semen sicut triticus: ꝛ sic oblongum: radix est ei oblonga ꝛ inutilis: gustu amara. Nascitur locis aquosis. Nominatur etiam ab alijs elleborítis siue amaratrum vel febrifugia.

Operationes.

¶ Dyasco. Centaurea minor siue febrifuga tunsa ꝛ imposita viridis vulnera purgat: parasolesim prestat. A

¶ Cicatrices vulneribus recentibus ꝛ veteribus inducit. Elixatura eius bibita coleram ꝛ humores pingues deponit. ¶ Sciaticis ano suppofita sanguinem prouocat: ꝛ dolorem illius mitigat. Succus eius melle addito caliginem oculis detergit: aborsum facit. Neruis dolentibus fomento prestat auxilium. B C

m Espila. Ysi. ait. Mespila ē arbor spinosa fructu silis malorꝫ: ſꝫ paulo breuior. Q̄ñ appellata ab eo ꝙ pillule formā habeāt eius poma. Pli. li. xv. Arbor mespilorū est de amplissimis. Folia eius anteꝙ decidūt rubescunt: radices multe ⁊ alte: idꝫ inextirpabiles sunt. Pal. li. iiij. Mespile locis calidis maxime gaudēt: sed irriguis ⁊ frigidis proueniūt: magis tñ sabulo pingui aut glareosa terra cui pmixta est arena vel argilla cū saxis. Serēda est talis mēse Martio vel nouēbri: solo stercorato ⁊ subacto: ita vt vtrūqꝫ caput tale stercus obducat. Sunt eius incremeta tardissima: amat putari atqꝫ circūfodi: ⁊ parco humore siccitates sepe foueri. Serit ⁊ semine: sed in lōgiorē spargit etatem. Si vermib⁹ occupat filo ereo purgāde sunt ⁊ amurca: vel humana vetere vrina vel viuo calce profundēdi: sed ptius pp arboris norā: vel aqua decocta lupini: ſꝫ putat hinc arbor sterilis fieri. Fimus ⁊ cinis viciū simul si radicibus īfundant sterilē reddūt. Si formice molesta sunt: rubrica cuꝫ aceto ⁊ cinere tēperata necabunt. Inserit mēse Februario. Surculus tñ eius ex arbore media dꝫ assumi. Nam de sūmitatibus viciosus ē. In trūco fissa inserenda ē: nā corticis ī acies ieiuna nil nutriet.

Operationes.

¶ Dyasc. Mespile folia ⁊ cortex idēqꝫ radicis cortex tūse ⁊ īposite: cuicūqꝫ tumori feruoriqꝫ subueniūt: trita ⁊ sicca cū melle cicatricē vulneri adducūt. A

¶ Masta cū vino dulci sanguinem reijcientibus opē ferunt. Itēqꝫ cum vino propinata: veneficij potionibus repugnant: vesicam vrinam largiori lauant: B

¶ Sera. lib. aggre. ca. Zaror. auct. Dyasco. C

Zaror arabice: idest mespilum: ⁊ est arbor spinosa: cuius vna pars vocatur mespilū: ⁊ habet fructū paruū similem malis paruis: bonū ad comedendū. Est stipticus bonus stō cum comeditur retinet ventrem ⁊ tarde maturat.

D ❡ Gal. lib. ij. de cibis. Fructus eius est stipticus stipticitate forti: ⁊ in folijs ⁊ in sūmitatibus est stipticitas. Virtus est ei frigi. palam: quoniam talium omnium paruz comeditur: conuenit non vt ficuum: aut vuarum copiose. Neqz eius vt alimēto: sed vt medicinis ipsis indigemus magis.

E ❡ Et dicit in. vij. sim. far. cap. mespilū quidā triconium nominauit: eo ꝙ tria bz ossula ola intra se ⁊c. Stipticus autē est sufficienter fructus huius arboris ⁊ vix edibilis: ⁊ retentius sufficiēter est ventris. Et in germinibus eius ⁊ in folijs stiptica qualitas est non pauca.

F ❡ Dyas. ca. de mespilo sm̄ translationē grecam. Mespilum semen bz rotundum: fructū minutum: matiano similem: tria ossa habēs: vnde tricocinum dicitur: stipticum est ⁊ custo machuz: ventrē abstinet: ⁊ tarde maturescit.

G ❡ Almā. trac. iij. fri. sunt ⁊ sic. ventrē abstringunt: ⁊ vomitū abstinent. Et est alia spēs que in hispania nascit: quā multi epymelidā vocant: semen rotundū habens ⁊ trigonum: vnde ⁊ triconuz dr. hoc bonum est ad edendum stipticū ⁊ stomacho aptum: ⁊ ista est azarola.

Capitulum. cccxv.

m Illefolium. Pli. lib. xxiiij. Millefolium qd ⁊ minofilon dr. Caulem bz tenerum similem feniculo plurimis folijs: vnde ⁊ nomen accepit. Nascitur in palustribus. Ex herbario. Millefolium que ⁊ ambrosia vel archilles dicitur: in locis cultis nascitur: habet flores aurosos ⁊ albos.

❡ Dyas. c. minofilos nascitur in palustribus locis tirusum bz ex vna radice mollē ⁊ subrufuz: ⁊ q̄si manib⁹ liniatū: ⁊ folia silia feniculo.

Operationes.

❡ Dyas. Vulnera glutinant ⁊ sine tumore custodiunt. In dentium dolore cum butyro imponuntur in modū emplastri. Cōtra vrine difficultatez bibit cū aceto: ⁊ valet ꝯ calculū. A

❡ Gal. vij. simpli. far. Millefolium siccatiue est virtutis intantum vt consolidat vulnera. B

❡ Pli. Bibitur cū aceto ad difficultatē vrine vel vesice: vel suspiria ꝑcipitatisqz ex alto. C

❡ Eadem ad dentium dolorem efficacissima est. Folia eius eximij vsus ad vulnera eaqz affirmat. D ❡ Ex herbario. Coma eius tunsa ⁊ apposita nouis vulneribus dolorem tollit ⁊ eadem glutinat. Pro fluxū sanguinis stringit: eadem aqua potata dissintericos curat. E

❡ Item valet ad dentium dolorem. Ad vrine difficultatem ⁊ ad tumorem. F

Capitulum. cccxvj.



Ilium solis. Sera. li. ag. c. culb. auc.
m Dya. Culb arabice. i. miliū solis. Et ē herba cuius folia silantur folijs oliue: nisi q̄ sunt maiora eis ꝛ molliora ꝛ latiora: ꝛ sunt eis inferiora: declināt versus terrā velut stēt supra ipsaꝫ: ꝛ hꝫ v̄gas eleuatas subtiles sicut ſgnantū. ꝛ l ſūmitate virge ē sīle in ramulo diuisuꝫ in duas ptes l quo sunt folia minuta: ꝛ iuxta q̄libet foliū ē semē albū durū fere vt lapis rotūdū: l magnitudie orobi pui: nascit̄ in locis aſpis ꝛ altis. Dyas. c. Licospmon. i. miliū solis eraclion vocat̄ pp fortitudinē seminis: ei⁹ folia sunt silia folijs oliue: sꝫ latiora ꝛ oblōgiora: ꝛ virgas tenues in grossitudine. Junci lignosas: ꝛ in sūmo virga diuisa est in qua folia minuta sunt: vbi ꝛ semen rotundum ꝛ lapidosuꝫ est ꝛ albuꝫ pise simile.

Operationes.

A ¶ Dyas. Uirtus est ei mictualis: ꝛ semē ei⁹ bibitum cū vino albo calculos frangit: ꝛ vri-
B nam prouocat. ¶ Pli. ca. batanglscos. i. miliū solis: ē semē eius herbe que d̄r aſtorcos qđ si q̄s biberit frāgit lapidē: ꝛ puocat vrinā.
C ¶ Pau. c. calebi. i. miliū vel granū solis: prouocat vrinā ꝛ mēstrua: ꝛ ē ca. ꝛ sic. in. iij. gra.
D ¶ Et vinū decoctionis eius ꝛ puluis ipsius i cibis sumptus soluit ſtranguriā ꝛ dissuriā ꝛ yliacā passionem: ꝛ ola illa solū semē operat̄.

Capitulum. cccxvij.

Jrabolani. Pand. Sciendū q̄ sm
m mes. Mirabolanoꝝ spēs sunt qnqꝫ. Et sunt fructus arboꝝ l India existium: ꝛ nō eiusdē maneriei sunt oēs sed diuersoꝝ effectuū ꝛ diuersaꝝ formaꝝ. Vñ versus. Mirabolanoꝝ spēs sunt qnqꝫ bonoꝝ. Citrinus: kebulus: belliricus emblic⁹ indus. Quidam dicūt q̄ sunt oēs ab eadē arbore pducti ita q̄ citrini sunt de primo germīe. Et nigri indi sunt in qbus peruenit cōplexio ꝛ maturatio: ꝛ dixerūt q̄ arbor coꝝ est de bis ferētib⁹: ꝛ q̄ citrini sunt de pmo germine ꝛ nigri silr. Kebulus germē scōm tulit: sꝫ falso: imo producuntur a diuersis arboribus: ꝛ illud est qđ credit̄. Sed aliq volūt q̄ emblici ꝛ bellirici nō inuenirent̄ lter mirabolanos: qm̄ Aui. ꝛ Serap. de eis diuersa faciūt capl'a: vt ēt b̄r. ꝫ. de b. in. c. bellirici: vbi tractat de belliricis ꝛ emblicis. Sꝫ l isto. c. de alijs tribus spēbus. Itē Sera. li. ag. facit. c. de emblicis ꝛ belliricis: ꝛ facit. c. de alijs tribus p se: de quo dicit Hali lig. i. mirabolani: cuius tres sunt spēs Kebuli Citrini ꝛ nigri. Et sunt illi q nolant̄ indi ꝛ seni ꝛ kebuli. Idē auc. Aben mesuay. Meliores sunt ex eis quoꝝ color est citrinus approximans viriditati: graues: pleni: sine rugis. Et dicit auc. Ysaac Et sunt fri. l. j. gra. sicci l. ij. Nigri fri. ꝛ sic. in. j. Mirabolani indi vel nigri: ꝛ de seni sunt simuliter ex spēbus h̄ntibus corticē subtilē nigꝝ: ꝛ cortex coꝝ vergit ad citrinitateꝫ: ꝛ sunt similes oliuis in forma sua. Et iuuamētū coꝝ est minus iuuamēto aliaꝝ specieruꝫ mirabolanoꝝ. Et ide auc. aben mesuay. Mirabolani seni sunt ex spēb⁹ oliuaꝝ: q qñ cōdiunt̄ corroborāt stōm ꝛ incoriant eius incoriatione pauca: ꝛ nō est in eis iuuamētuꝫ quātuꝫ in kebulis: ꝛ ex kebulis qdā sunt citrini: qdā nigri: ꝛ nigredo que est l eis est pp ampliorez morā q̄ fecerunt in arbore sua: ꝛ sunt pinguiores ꝛ carnosiores citrinis in colore: q2 ipsi fecerūt maturationē ampliorē: ꝛ illi q colliguntur añ sunt citrini: ꝛ qñ sumunt̄ triti inducunt laborē in stō: qm̄ natura laborat multum circa ipsaꝫ: sꝫ qñ infundit̄ aut decoqtur extrahit̄ virtus eius: ꝛ pijcit̄ eius substātia: ꝛ est leuior nature: ꝛ descēdit velocius a stō. Et ille tres spēs mirabolanoꝝ miscent̄ cū tamarindis qm̄ tamarindi extinguūt calorē febrilē: nisi q2 nocēt tussietibus pp acetositatē q̄ est in eis. ¶ Aui. de virtutibus cordis ait. Mirabolani sunt fri. ꝛ sic. Iohā. mesue. Mirabolani sunt de medicinis b̄ndictis: nō. n. debilitāt cū solutione sua: imo pfortāt stōm proprie: ꝛ vi-

scera preparant: ꝛ coadunant partes eorū: ꝛ cōfortant cor ꝛ epar: ꝛ corpus totū. Nō.n.ni si ad vnū videns nociui. Aegrif.n. dispositis ad hꝰ oppilatio: ꝛ ꝑpriē paratis cadere in ipsa s; sunt de pfecto rectificātibꝰ medicīas q̄ hñt acuitatē ꝛ purgāt dissoluēdo. Magnifice.n. adinuenit q cos ꝛ ꝑpriē citrinos cū scamonea miscuit: reprimit.n.eā pp obuiationē subarum ꝛ qualitatū adinuicē: ꝛ eaꝫ in soluēdo iuuāt.

Operationes.

A ¶ Sera. Virtus citrinoꝝ est ꝙ ꝯfortat oculos ꝛ ꝓhibēt cursū humoꝝ ad ipsos: ꝛ ꝯferūt febel: ꝛ cōfortāt stōm ꝛ incorāt ipsum: ꝛ conferūt melācolie ꝛ cardiace: ꝛ clarificāt colorē.

B ¶ Virtus kebuloꝝ est ꝙ ꝯferūt ano ꝛ emorroidibus ꝛ incorāt stōm ꝛ ꝯfortāt eū: ꝛ digerunt cibū: desiccāt humiditatē: leniunt naturaꝫ: ꝯferunt vētositati emorroidarū: ꝛ ꝯferūt melācolicis marie qñ cū eis admiscenf spēs.

C ¶ Corroborāt sensuꝫ ꝛ memoriā: ꝛ cōferunt lepre ꝛ colice. Sꝫ seni ꝛ indi vel nigri hñt corticem subtilē nigrum: ꝛ cortex eoꝝ vergit ad citrinitatem qui qñ condiuntur corroborant stomachū ꝛ incorāt euꝫ incoriatione pauca: ꝛ nō est in eis iuuamētuꝫ quātum in kebulis.

D ¶ Ioā. mes. Mirabolani sunt ex rebus que faciunt vetes se iuuenescere: ꝛ acquirunt eis colorē bonum: ꝛ bonitatē odoris oris: ꝛ sudoris: ꝛ generāt gaudiū: ꝛ cōfortāt cor ꝛ epar ꝛ stomacbum. Et conferunt tremori cordis: ꝛ mundificant stomacbum: ꝛ conferunt emorroidibus ꝛ extingunnt inflāmationeꝫ colere.

E ¶ Sed citrinoꝝ operatio in hꝰ ꝓcellēs: ipsi .n. solutione educunt eā ꝛ cōferunt cōplexiones ca. hñtibꝰ. Et eoꝝ fricatio cū aqua agreste ꝛ cum aqua ro. aut succo feniculi abstergit oculū: ꝛ aufert sup caliditatē eius: ꝛ facto inde alcohol: stringit lacbrymas: ꝛ ꝯuenit mollificatiōi oculoꝝ: ꝛ ꝯfert tertiane fe. collericis: ꝛ ꝯtrite cū mastice sanāt vlcera: ꝛ desiccāt ea.

F ¶ Kebuli quoqꝫ solutione educunt flegma: ꝛ addunt in ratione: ꝛ clarificant visuꝫ: ꝛ propter conditi: ꝛ mundificant stomacbū ꝛ cōfortant ipsum: ꝛ ꝯferunt ydropisi ꝛ fe. antiquis.

G ¶ Nigri dt vel indi: solutiōe educūt melācoliā ꝛ colerā adustā: ꝛ ꝯferunt melācolie ꝛ tremori: ꝛ clarificāt visuꝫ ꝛ colorē: ꝛ ꝯferūt lepre ꝛ tristicie ꝛ quartane. Dosis potio citrinoꝝ tritorū a.ʒ.ij. vsqꝫ ad.v. ꝛ infusorum a.ʒ.viij. vsqꝫ ad.xx. ꝛ indorum est sicut Kebulorum.

H ¶ Bulcasim eben aben azarin. libro qui dr seruitor. Modus assandi ꝛ calliandi mirabolanos opꝫ ꝙ imbibāt mirabolanos in aqua citonioꝝ: aut in succo agreste: aut in acetositate citri: aut in aqua vbi cocte sunt lētes: aut vbi coctū est lappaciū acutū. Deinde desicca eos bene ꝛ madefac in oleo ro. vel oleo de lētisco: aut oleo masticino: aut cū butyro: aut oleo oliue: deinde assa sup patellā ferreā vel terreaꝫ: quā cuꝫ primo calefecisti ꝛ abstulisti ab igne: caue ne aduratur ꝛ destruatur virtus eoruꝫ.

¶ Similiter assanf semia q̄ administranf in medicinis fluxus. Et modus assationis eoꝝ ē iste. Accipe patellā ferreā aut ereā aut terreā aut lebetē cū lato orificio ꝛ calefac bene. Deinde aufer ab igne: ꝛ statiꝫ superpone semina vā ipsa est calida anteꝙ infrigidef: ꝛ cōmisce ea semper donec videas assationē eoruꝫ completam ad voluntateꝫ tuam. Et si non fuerit completa vna vice: pone iteruꝫ ꝛ fac vt prius. I

¶ Et scias ꝙ non opꝫ oīa semina eq̄liter assare qꝛ sunt q̄dā q̄ hñt mltā viscositatē q̄ debēt amplius assari sicut psillū: ꝛ caue ne cōburāf. K

Capitulum.cccxviij.

Mirra. Sera. li. ag. c. hec auc. Dyas.

m Hec ara.i. mirra est gūmi arboris q̄ nascif in terris arabū similis arbori que dr in greco sapla babilonica. Nā fiunt scissure in ligno arboris: vñ egredif gūmi qꝺ emanat cadēs super sertoria que sternunf sub arbore: ꝛ quedā p se coagulatur super stipitē ꝛ est de ipsa res q̄ dr bacāthscus siue batanasas ꝛ grossa est a qua egredif metb.i. storax liquida:

quida: qñ exprimitur sicut apparet in ea. storax. Et arbor eius est in terra que dr͂ pruna: ⁊ est pinguis: ⁊ qñ exprimit͂ succus eius egreditur velut storax multũ: ⁊ melior mirra est illa que dr͂ tarbalud. ⁊ canchi: ⁊ noiat͂ hoc nomine: eo q͂ defert͂ ex terris q̄ dicunt͂ sic. Et color eius est ad viriditatẽ tendẽs: pungẽs linguã clari coloris: ⁊ ex ea est q̄ dr͂ liti ⁊ est lita gluthichi: ⁊ est mollis tactu sicut bdelliũ: in odore suo est pinguedo: ⁊ arbor eius est ĩ locis soli expositis. Ex ea ẽ q̄ dr͂ poadis: ⁊ ẽ aspa multum nigra: ⁊ apparet in ea vestigiũ ignis. Et deterior est illa q̄ dr͂ argasin: ⁊ est leuis nõ pinguis: acuti saporis: siũs gũmi arabico in fortitudine ⁊ virtute. Et ex mirra est que dr͂ crũmu: siue amini: ⁊ est mala. Et fiunt qdã trocisci ex substãtijs mirre: ⁊ si mirra pinguis fuerit trocisci q ex ea fiunt hñt bonum odorem ⁊ pinguẽ: ⁊ si nõ fuerit pinguis qd̄ fit ex substãtia eius non h̄z bonũ odorẽ neq̄z pinguẽ: ⁊ h̄z virtutem debilẽ: propter qd̄ admiscet͂ ei oleũ qñ ex ea fiũt trocisci. Adulterat͂ mirra: qñ admiscet͂ ei gũmi qd̄ infusũ fuerit in aqua mirre. Et melior ex mirra est noua: leuis: mũda: que qñ tãgitur est aliquãtulũ aspera ⁊ arida: ⁊ cito frãgibilis: ⁊ qñ frangit͂ remanet in ei⁹ fractura res alba: ⁊ figura eius est sicut figura vnguiũ: ⁊ q̄ est in frusta non parua: ⁊ color eius est vniformis nõ diuersus in exteriorib⁹ eius: sed interius est trahẽs ad rubedinẽ paꝝ cũ lineis subalbidis sicut diximus: ⁊ odor ei⁹ est delectabilis amara: s̄z illa q̄ est grauis: cuius color est sicut color picis: nõ ẽ alicuius vtilitatis. Sed mirra q̄ ẽ ex terra: q̄ dr͂ labotero abscindit͂ ex radice arboris q̄ est ĩ terris illis. Eligit͂. n. ex ea illud qd̄ ẽ simile mirre ĩ odore: ⁊ virtus eius est calefactiua ⁊ mollificatiua ⁊ resolutiua: ⁊ igredit͂ ĩ ꝯfectionib⁹ vnguẽtoꝝ.

Operationes.

A ¶ Sera. auct. Albugerig. Mirra conuenit ad aquam citrinaz qñ sumitur ex ea in potu: aut qñ fit emplastrum cum ea super ventrez.

B ¶ Et qñ fit caputpurgium cum vino anoch ex ea mundificat cerebrum: ⁊ aufert ab eo vẽtositates grossas: ⁊ incoriat gingiuas.

C ¶ Et cõfirmat dentes: ⁊ est conabolice quãdo fit linitio cum ea.

D ¶ Gal. Mirra abstergit cum temperamento: ⁊ glutinat fragmenta ossium capitis: ⁊ occidit lumbricos ⁊ fetum: expellens eos.

¶ Et ingredit͂ ĩ ꝯfectionibus collirioꝝ q̄ fiũt ad vlcera oculi: ⁊ ad maculas q̄ fiũt in eo: ⁊ in medicinis que bibunt͂ ad tussiz antiquã: ⁊ ad asma. Nam ipsa non exasperat cannam pulmonis: ⁊ hoc q̄z nõ calefacit neq̄z desiccat calefactione ⁊ desiccatione forti ⁊ sine superfluitate sue amaritudinis ⁊ sue abstersionis.

¶ Est alia mirra que trahit͂ a radice arboris F
hui⁹: ⁊ v̄tus ei⁹ calefacit mollificat ⁊ resoluit.

¶ Additio. Rasis. ix. cõti. auc. Aaron. Em- G
plastruz valẽs ad sputũ sanguinis positũ sup pectus. ℞. mirre: aloe: thuris: acatie: sanguinis draconis: sief memithe: ana p̄tez equalẽ: terant͂ ⁊ de eis fiat emplastrũ cum succo mirti: aut fiat de cortice malorum granatorum siccata ⁊ trita temperata cum aceto.

Capitulum. cccclix.

m Mora celsi. Aui. li. ij. c. d̄ moro. Mori sunt due spẽs. Una caruz est alfirsedu: qd̄ est dulce: ⁊ currit s̄m semitaz ficus in maturatione. Sed est deterioris nutrimenti ⁊ minoris ⁊ est siccioris: ⁊ magis destruens sanguinem: ⁊ deterius stomacho. Reliquas vero ficus dispositiones h̄z: est tñ inferius ea. amarũ aũt qd̄ nominatur moꝝ de sceni fit nunc illud de quo plurimuz loquamur. Quod ergo linatu ñ est cũ exsiccatur stat loco sumach: dulce est calidũ: humidũ: ⁊ acetosum: ⁊ de sceni est ad siccitatẽ decliue: in ipso est stipticitas: ⁊ infrigidatio: ⁊ succus mori ẽ stipticus: ⁊ proprie qñ decoquit͂ in vase enco.

Operationes.

A ¶ Aui. Succus mori prohibet fluxum matterierum ad membra: & maturum est sicut sumach. Qñ coquunt folia ei⁹ & folia vitis: & folia fic⁹ nigre cū aq̄ pluuie: denigrat capillos.

B ¶ Acetosum remouet apostemata oris & gutturis. Et folia eius sunt vltima ad squinantiam & prefocationem. Quod acetosum est & confert vlceribus fraudulētis ipsius succus.

C ¶ Rob eius acetosū est ɔferēs bothor oris: & decoctio radicis eius mollificationi dētiū: & decoctio radicis eius est bona dēti dolorosa.

D ¶ Mor maliū est stō corrumpit proprie in co alsirsedu: & qñ non corrūpitur alsirsedu in stō velociter non nocet. Et oportet quidem vt comedantur omnes species eius ante cibū: & recipiant in stomacho: in quo non fit corruptio.

E ¶ Illud vero de sicni nō nocet stō colerico: & nō est in ipso de mala ɔuenientia stōi qd est in alsirsedu: quis sit in ea malicia: & nō ē nausea in ipso: & nutrimētū eius est paruū: & facit appetitū cibi: & fac ipsū lubricū: & extrahit ipsū velociter: & oīno descēsus eius de facto sit velociter: sꝫ eius descēsus ex īntestinis est tardus.

F ¶ Sera. li. ag. ca. hoc. Hoc arabice. i. moza celsi. Uirtus eius ē q̄ retinet vētrē: & qñ desiccatur retinet vētrē retētiōe forti: & ɔuenit vlceribus intestinor & fluxū in oībus egritudinibus que fiūt ex fluxibus humor: & admiscent postq̄ terunt cū cibis sicut sumach. Et q vult ex eis sumere in potu: potest cuꝫ aqua & vino.

G ¶ Sed arboris eius virtus est cōposita ex virtute retētiua & laxatiua: & plus qd est in cortice huius arboris est virtus laxatiua cū amaritudie pauca: quousqꝫ occidat ascarides: & sūt lūbrici cucurbitini: sꝫ i folijs arboris & sūmitatibus ē tparametū mediū illar duar opationū.

H ¶ Et mora matura qñ inueniunt stōm pur: si comeduntur ante cibum egrediuntur a stō cito: & preparare faciunt exitū alior ciborū: qñ vero comeduntur post cibum vel in stomacho sunt humores: cito accelerant ad corruptionem: & corruptio eorū est multū nociua.

I ¶ Sed acerba qñ desiccantur sunt bona medicina & iuuatiua vlceribus intestinorū & fluxui antiquo. Et mora qñ descendunt anteq̄ corrumpantur non inferunt nocumentum: nisi de eis ante comestionem nimis sumatur.

K ¶ Et idē auct. Gal. Ex eis sūt matura: & maturi saporis: & sapor eor ē dulcis stiptic⁹: virtus eor mollit ventrē & nutrimētū paucū corpori pstāt: & facile corrūpunt: nō corrupta humectāt penitus. Infrigidant aūt nō penitus nisi frigida sumant. Et paucissimū corpi dāt nutrimentū cōsimile peponibus: non tñ nocumentum adeo ipsis: neqꝫ maluꝫ stō vt in illis.

¶ Gal. vij. sim. far. fm transla. grecam cap. L
Morare. i. celsi: fructus maturus subducit ventrem: non maturus vero desiccatus constipatiuum sufficienter fit farmacum: vnde ad dissintericas conuenit dispositiones & ciliacas & alias quecunqꝫ sunt fluxibiles.

¶ Et tota arbor in oībus eius ptibus mixtā M quādā virtutē vr habere ex detētiua & purgatiua compositiua. Preualet autem in cortice quidē radicis purgatiua virtus cuꝫ quadam amaritudine vnde eciam latos lūbricos interficit. In alijs vero ptibus detētiua. In folijs vero & pullulationibus media vtraqꝫ est cōplexio.

Capitulum. ccc.



In Orabaci. Ysi. Morus grece: latine vocat rubus: eo q rubeāt fruct⁹ eius vel virgulta. Siluestris more fructibus in deserto. Pastor fames ac penuria cō fouetur.

Operationes.

¶ Aristo. in li. de plātis. Fructus quidā cito A maturāt: vt mora & cerasa: & succor q sūt fructibus: qdā sunt potabiles: vt ē succ⁹ moror.

¶ Pli. li. xv. Moris est succus in carne vino B sus. Trini colores: primo scilicet candidus: mox rubeus

mox rubeus maturis vero niger. In nouissi-
mis florent: inter prima maturescunt: ma-
nusqꝫ succo tingunt. Matura ruunt: acerba
minuunt. Carne ⁊ succo constant mora.
C ¶ Mora qdē ⁊ piro ac mirto succus ē vino-
sus: colorēqꝫ succi moris ac cerasis est sangui-
D neus. ¶ Pal. li. x. Ad diamorum conficien-
dum agrestis mori succum facies paululum
deferuere. Tuncqꝫ duas eius succi partes ⁊
vnaꝫ mellis admiscebis: ac mixta curabis ad
pinguedinem mellis decoquere.

Capitulum. cccj.



m Orsus galline siue anagallus. Pan
decta. Anagalli due sunt species.
Vna est auricula muris: ⁊ est maior ⁊
⁊ alia est morsus galline: ⁊ est minor.

Operationes.

A ¶ Ambe species anagalli vulneribus prestāt
effectum. Tumorem non admittunt: ⁊ infixa
corpori euocant: pascentia vulnera abstinēt.
B ¶ Succus earum dentiū dolorēꝫ prohibet: si
pro dextro dente in sinistro nare fuerit immis-
sus. Hic succus cuꝫ melle attico coctus ⁊ ad-
hibitus caligines oculorum siue viciū eorum
qꝺ vocatur argemon siue argemade tergit:
morsibus venenatis bibitus medicatur.
C ¶ Nefreticis: hydropicis: ⁊ epaticis: ⁊ rena-
li passione defectis prestat auxilium. Ano tu-
menti impositus medicatur.
¶ Itē succus narib⁹ infusus putredinē capi- D
tis purgat. Habet. n. desiccatiuam virtutem
absqꝫ mordicatiōe: vnde ⁊ vulnera glutinat.
¶ Fetrē quoqꝫ deducit mulse admixt⁹ ⁊ po- E
tui datus herba ꝯtusa ⁊ imposita stipites edu
cit de corpe. ¶ Sera. Spēs anagalli minoris F
.s. morsus galline facit anū ingredi si fit cū ea
emplastrū. ¶ Gal. Ambe spēs anagalli hñt G
occultā caliditatē attractiuā vt ⁊ stimulos infi
xos euellāt. Earū ꝓo succ⁹ a naribus flegma
purgat propter eandē causam. Et vniuersali
ter loquendo siccatiuā hñt virtutē: quapp ēt
vulnera solidant: ⁊ putrescentibus cōferunt.

Capitulum. ccciij.



m Irtus latie ⁊ grece. Arabice dex do
mestica vel hes. Sera. li. ag. cap. dex
domestica: ⁊ est de ea fortis virridita-
tis declinans nigredini: ⁊ de alia est que decli
nat ad rubedinem: ⁊ que declinat ad nigredi
nem confert magis in medicinis: ⁊ similiter
grana eius: proprie eius que ex ea est monta-
na: ⁊ substantia eius est composita ex virtuti-
bus contrarijs: ⁊ illud qꝺ vincit plus in ea est
substantia terrea frigida: ⁊ est in eo cum hoc
res calida subtilis: ⁊ sapor eius est stipticus.

Operationes.

¶ Sera. auc. aben mesuay. Succus eius cō- A

fert dolori pectoris ⁊ pulmonis: ⁊ stringit flu
xum ventris colericū: ⁊ cōfortat stōm: ⁊ est bo
nus vlceribus mēbrorum interior: fortificat
viscera: retinet fluxum menstruorūꝫ: ⁊ grana
eius conferūt sputo sanguinis a pectore ⁊ pul
mone: ⁊ conferunt stomacho sua ponticitate:
B ¶ Dyas. Sanguinē ex creātibus daꝛ stoma
ticis ꝯueniēs est: vrinā mouet: scorpiōis mor
sui ipposita atqꝫ potui data ꝓdest. Folia ei⁹ vi
rētia ⁊ cathaplasmati apposita medenꝛ vlce
C ra fluentia. ¶ Arida vero contrita asperedine
dyaforesim faciūt. Item baccarū viridiū suc
cus aptaꝛ sanguinē spuētibus: ipse quoqꝫ co
mestē eadē faciūt. Ex vino decocta ⁊ in modū
cathaplasmatis iposita extrēa vulnera sanat.
D ¶ Aui. Mirtus retinet solutionē ⁊ sudorē: ⁊
oēm fluxū sanguis: ⁊ oēm fluxū ad membrū.
E ¶ Et qñ cuꝫ eo fit fricatio in balneo cōfortaꝛ
corpus: ⁊ desiccāꝛ humiditates q̄ sunt i cute.
F ¶ Et embroce quidem decoctionis eius cuꝫ
super ossa effunduntur: velocius fit ipsorum
restauratio: ⁊ qđ ex ea vstum est loco tutie po
nitur ad hoc vt bonus fiat odor corpis: ⁊ con
fert omni fluxui sanguis linitū: ⁊ loco empla
stri superpositū ⁊ bibitū: ⁊ silr eius rob: ⁊ rob
fructus eius ⁊ ipsius qdē nutrimētū est puuꝫ.
G ¶ Et in syrupis qdē nō est q restringat ⁊ ꝓhi
beat dolorē pulmōis ⁊ tussiꝫ ṗter syrupū ei⁹.
H ¶ Et cuius oleū ⁊ succus ⁊ decoctio ipsius cō
fortant radices capillorꝫ: ⁊ prohibēt casum: ⁊
prolōgāt eos: ⁊ denigrāt: ⁊ ꝓpᷤ ipsius semia.
I ¶ Et decoctio seminum eius in butyro pro
hibet sudorem ⁊ rectificat rasuram venaruꝫ.
K ¶ Et folia eius sicca prohibēt fetorē ascelle ⁊
inguiū: ⁊ ipsius cinis loco tutie ponitꝛ: ⁊ ꝯfert
pāno: sedat apostemata ca. ⁊ herisipilaꝫ ⁊ for
micam: ⁊ bothor ⁊ vlcera: ⁊ quod est sup am
bas volas: ⁊ adustionem ignis cum oleo.
L ¶ Et similiter eius syrupus ⁊ emplīm factuꝫ
ex foliis ipsius cū oleo ⁊ vino: ⁊ post ipsius cō
mixtioneꝫ cum eis ⁊ similiter eius oleū: ⁊ vn
guentum factū ex eius oleo: ⁊ similiter cōfert
ipsius succus si proiiciatur super pānariciuꝫ.
M ¶ Et similiter cerotū factū ex eo: ⁊ cū decoqꝛ
ēt eius fructus cū vino ⁊ fit ex eo emplastruꝫ:
sanat vlcera q̄ fiūt in ambabus volis manuū
⁊ i pedibus: ⁊ adustionē ignis: ⁊ ꝓhibet eos a
desiccatione: ⁊ similiter eius cinis cuꝫ ceroto.
N ¶ Et emplastrū factū ex fructibus decoctis
in vino est ꝯueniēs mollificationi iūcturarꝫ re
tinet fluxū sāguis ex naribus: ⁊ abstergit fur
fures: ⁊ exsiccat vlcera capitis ⁊ vlcera auris:
⁊ ipsius pus ex ipsius aqua in ipsam distillaꝛ.

¶ Et ꝯfert ipsius syrupus mollificationi gin O
gine: ⁊ eius fo. cum vino decoquuntur: ⁊ fit
inde emplastrum sedans sodam ⁊ obtalmiā.
¶ Et cum decoquitur cū ordeo: sanat corūꝫ P
apata: ⁊ ipsius cinis ingreditur in medicinis
vngule: ꝯfortat cor: ⁊ aufert tremorē cordis.
¶ Et cōfert fructus eius tussi propter dulce Q
dinem suam: ⁊ retinet ventrem v tentis eo: si
est solutus sua stypticitate.
¶ Et cōfert fructus ipsius sputo sanguinis: R
⁊ etiam eius rob similiter confortat stoma
chum Rob eius ⁊ eius semina prohibent cur
sum superfluitatum ad stomachum.
¶ Succus fructuum eius est prouocatiuus: S
⁊ ipsemet cōfert ardori vrine ⁊ ardori vesice.
¶ Et est bonus in prohibendo menstruorūꝫ T
prouocationem: ⁊ eius aqua stringit naturaꝫ
⁊ retinet solutionem colericam ⁊ melācolicā:
linita ⁊ ipsa cum oleo sysamino expellit fleg
ma: ⁊ solutione emittit ipsum: ⁊ decoctio fru
ctuuꝫ eius ꝯfert fluxui humiditatū matricis:
⁊ confert emplastro inde facto emorroidibus.
¶ Et cōfert apati testiculi: ⁊ eius decoctio cō V
fert morsui rutele: ⁊ similiter fructus eius cuꝫ
potaꝛ in vino: ⁊ similiter pūcture scorpionis.

Capitulum. ccciij.



Mastix siue mastix latie: grece scin⁹:
m vl abias vl chias. Arabice mescebe.
Et est gūmi arboris cini vel lentisci:

qꝫ lētiscus

q̄ꝛ lētiſcus grece vocat̄ ſcin⁹: ſic̄ inuenies ī ca. Terebētina ſra de T. Dyaſ.c. de Maſtice: quedā maſtix emanat ab arboꝛe q̄ ſcinus dr̄. Et quedam ex ea eſt alba: quedā ſubuiridis. Sed melioꝛ ex ea eſt cuius coloꝛ ē albus: plu- cidus̄ hn̄s granū graue ſiccíſſimuꝫ ꝛ cito frā- gibile: hn̄s bonū odoꝛē. Et eſt de ea quedā q̄ eſt nigra: ꝛ q̄daꝫ citrina. ℭ Gal. vij. ſim. far. ca. de Maſtice alba. Et eſt illa que dr̄ glutē romanū: ꝛ ē cōpoſita ex virtutibus diuerſis. ſ. ſtiptica ꝛ mollificatiua. Et virtus eius eſt que calefacit ꝛ deſiccat in. ij. gra. vnde mollificat ꝛ reſoluit. Et ideo ſtomachi epatis ꝛ ventris flegmonibus cōpetit. Sed nigra ē que dr̄ ca- piti vel egyptiaca: ꝛ eſt maioꝛis deſiccationis q̄ꝫ alba: ꝛ virtus ſtiptica eſt in eo minoꝛ: ꝛ ideo ē cōueniēs vbi opꝫ reſoluere amplius. Et pro pter hoc multū conuenit apatibus duris que ſunt in interioꝛibus coꝛpis. Oleū maſticis ē ſimile virtuti maſticis. ℭ Sera. li. ag. c. Me- ſcebe. i. maſtix. Maſtix eſt primus inter om- nia glutina in bonitate. Et arboꝛ maſticis eſt cōpoſita ex ſubſtantia aquea ꝛ terrea frigida non multū in ſapoꝛe omniū partiuꝫ: huius ar boꝛis dico radicis ꝛ fructus: ꝛ coꝛticis eſt ſti- pticitas pauca: ꝛ virtus eius eſt infrigidare ꝛ calefacere mediocriter temperate: ꝛ deſiccat in fine ſecundi gra. vſq̄ꝫ ad principiuꝫ tertij.

Operationes.

A ℭ Sera. In ea eſt de ſtipticitate qua cōfert debilitati epatis ꝛ ſtōi ꝛ inteſtinoꝝ ꝛ apatib⁹ in eis exiſtētibus: in eo eſt ſtipticitas: ꝛ non hꝫ acuitatē aliquā: ꝛ eſt multū ſubtilis: ꝛ fit em- plaſtrum cū folijs maſticis dū ſunt recentia: ꝛ eſt in eis virtus manifeſta: ꝛ ideo qn̄ bibunt̄ ſo. aut cū alijs medicinis ad vlcera inteſtino- ruꝫ: ꝛ ad fluxum ventris conferunt multum.

B ℭ Et conferunt ſpuentibus ſanguineꝫ: ꝛ flu- xui menſtruoꝛum ꝛ ani: ꝛ non eſt in eo diuer- ſitas a ſucco ypoquiſtidos.

C ℭ Et idem auc. Dyaſ. Tota hec arboꝛ eſt ſti ptica: ꝛ virtus folioꝛuꝫ fructus ꝛ coꝛticis ꝛ ra dicis eſt equalis: ꝛ decoquitur coꝛtex eius: ꝛ coꝛtex radicis ꝛ folia decoctione plurima.

D ℭ Et qn̄ fuerit cocta colatur ab eis aqua que iterum coquitur vſq̄ꝫ ad mellis ſpiſſitudinē: ꝛ conuenit ſputo ſanguinis decoctio illa bibi ta: ꝛ fluxui ventris ꝛ vlceribus inteſtinoꝛum ꝛ fluxui matricis ꝛ ani. Et vniuerſaliter qui- dem ponitur pro acacia ꝛ ypoquiſtidos: ꝛ po- nitur decoctio illa loco ſucci folioꝛum.

E ℭ Et qn̄ proijcit̄ decoctio illa ſup vlcera pro- funda: ꝛ ſup oſſa fracta reſtaurat carnē in vl- ceribus: ꝛ reſtaurat oſſa ꝛ ſtringit mēbꝛa laxa ꝛ abſcidit humiditates antiquas a matrice: ꝛ prohibet vlcera coꝛruſiua ne dilatent̄ in coꝛ poꝛe ꝛ puocat vrinā: ꝛ qn̄ fit collutio oꝛis cū ea ſtrigit dētes cōmotos. Et ex ramis hui⁹ arbo ris fit oleū qđ eſt bonū vbi cōuenit ſtipticitas.

ℭ Et idem aucto. Humay. Maſtix reſoluit apoſtemata ſtomachi: ꝛ conuenit tuſſi: ꝛ non eſt pauce attractionis flegmatis qn̄ maſtica- tur: ꝛ propter hoc miſcetur cuꝫ aloe vt prepa ret ipſam ꝛ attrahat cum eo flegma a capite. F

ℭ Additio. Raſis. xj. conti. auct. Binaſui. G Trociſci valentes ad doloꝛem accidentem in in ſtomacho. ℞. maſticis. ʒ. iiij. coꝛticis thuris ʒ. iiij. aboli armenici. ʒ. x. roſaruꝫ auſ. pon. v. acatie lauate. ʒ. iij. ſpice. ʒ. iij. coꝛone regie. ʒ. x. ʒafarane. ʒ. iij. nucis cipꝛ ſſi. ʒ. ij. carabe. ʒ. x. terantur que terenda ſunt: ꝛ infundantur gūmi in ſucco plātaginis: diſtemperētur om- nia cum ſucco ipſo ꝛ fiant trociſci doſis. ʒ. ij. inde fiat cum iuleb ʒuccarino in quo mixta fuerit caſſiafiſtula.

Capitulum. ccciiij.



n Aſturcium. Dyaſ. cap. Cardamus idest naſturcium. Quoddam eſt do- meſticum: et quoddam eſt agreſte. Et ideo facit duo capitula de eis. Unum qđ incipit Cardamus: ꝛ eſt naſturcium domeſti-

cum. Aliud qđ incipit Cardamus agrestis: ⁊ est nasturciũ agreste. Et iõ dicit cardamus .i. nasturciũ domesticus: utilior ðf babyloni-cus olbus semen eius calidissimuz est caustica participans virtute: viscidũ ⁊ cacostomachũ ventrẽ turbans. ℂ Sera. li. ag. ca. Iorsalba-tbe fe. i. nasturciũ: ⁊ ex eo est nasturciũ cõmune notũ: ⁊ ex eo est nasturciũ tectoꝝ: ⁊ ex eo est nasturciuz orientale. Nasturciũ tectorum est planta habens folia stricta ⁊ lõga duobus digitis in sũmitate acuta ⁊ scissa ⁊ pinguia: ⁊ extendunt sup terrã: ⁊ bz in medio virgã subtilem duobus palmis lõgã: paucos hñs ramulos: super quos sunt pile hñtes densam sũmitatẽ: in qbus est semẽ simile semine nasturcij: cuius est virga sicut figura rutele: ita est depssum: nascit in vijs ⁊ parietibus domoꝝ. Nasturciũ orientale est plãta duoꝝ brachioꝝ longa: hñs ramos subtiles ⁊ multos: in quibus sunt folia similia folijs scitaragi: nisi qꝛ sunt albiora ⁊ molliora: ⁊ in sũmitatibus ramorũ sunt capitella similia plante actis: ⁊ bz flores albos: semen huius ponitur in cibis loco piperis. Sed nasturcium cõmune notuz est melius illud quod defertur a babylonia. ℂ Almansor tractatu tertio capitu. de nasturcio. Nasturcium calidum est ⁊ siccum: appetituz adiuuat: licet inflationez ⁊ capitis efficiat dolorem: digestiuam preterea retardat.

Operationes.

A ℂ Sera. auc. Gal. Semen nasturcij est ca. ⁊ sic. sicut semen sinapis: ⁊ incidit incisione forti: ⁊ adurat ⁊ sedat dolores sciaticos: ⁊ dolorem capitis: ⁊ quamlibet egritudinez in qua oportet calefacere: ⁊ miscetur semen eius in medicinis asmaticis: quia ipsum incidit incisione forti: ⁊ adurit humores grossos.

B ℂ Et ðf ꝙ quando nasturciuz desiccatur: fit eius virtus sicut seminis eius: ⁊ qñ est recens propter humiditatem aquosam que est in eo bz virtutẽ debiliorem virtute seminis eius.

C ℂ Dyascorides. Nasturcium lumbricos expellit: ⁊ ventrem turbat. Splenem attenuat cum aceto: ⁊ aborsum facit: ventrẽ stimulat: simile est sinapi ⁊ eruce.

D ℂ Et impositum lepras ⁊ zernas emendat: melle addito duricies splenis compescit. Sordida vulnera purgat si succus adhibeatur. Morsibus venenatis bibitum occurrit. Fumigatio eius serpentes fugere facit. Uel flentibus profluis succo linito occurrit.

E ℂ Carbunculus rumpit cuz polenta ⁊ aceto coctum. Sciaticis utilissime cum aceto ⁊ polenta auxiliatur: tumores ⁊ duricies spargit.

ℂ In dolore cordis coquitur in lacte caprino ⁊ datur ad bibendum. Dolorem omnis loci tollit puluere seminum asperso: sed plus melle uncto loco scabiem cum aceto sanatus. F

ℂ Gal. vij. sim. far. e. de nasturcio. Semẽ nasturcij habet virtutem que calefacit ⁊ desiccat sicut sinapis. Et propterea sciaticos ⁊ dolores capitis: ⁊ quodcunqz aliorum indigentium rubificatione calefacit cum eo sicut est sinapis: miscetur autem cum eis quecunqz asmaticis dantur farmacis. G

ℂ Auicẽna primo canone fen quarta capitu. vij. Nasturcij semina torrefacta mixta cum adog constringunt fluxum superfluum prouenientem ex catarro. H

Capitulum. cccv.



n Asturcium aquaticuz vel senation: vel cardamus agrestis. Serapion libro aggregatoris ca. herochachaygre: idest nasturcium aquaticum. Et est planta que nascitur in aquis: habet stipitem rectũ ⁊ ramos: ⁊ est tota planta pinguis: ⁊ habet folia similia folijs apij dicti yposellinus: nisi qꝛ sunt minora eis: ⁊ habet odorem bonuz quãdo masticatur: ⁊ est cali. ⁊ sic. ⁊ conuenit calefactis quando roratur super ipsam aqua fri. aut aqua ro. Et quidaz dicunt ꝙ est fri. ex eo

qꝛ non

quia non nocet habentibus sirsen. ¶ Et idest auctoritate Ysaac habet aram: et est cali.in.j. et sic.in.ij. Et idem aucto. Gal. Virtus eius est calefaciens. Dyascorides capi. senation: idest nasturcium aquaticum. Nascitur in aqua: fruticem habens pinguem: et ramulos longos: et folia minuta simi.ia yposelino: nisi quod sunt minora: coque masticata odorem suauissimum habet.

Operationes.

A ¶ Serapion aucto. Ysaac habet aram. Semen eius stringit ventrem qui fluit propter caliditatem quando bibitur ex eo aureus vnus cum aqua frigida: aut succo citoniorum: et ipsum confortat membra.

B ¶ Dyascorides. Semen eius crudum et comestum calculos excludit vrinam prouocat: menstruis imperat: dissintericis prodest.

C ¶ Catebras sapiens huic probibet testimonium: dicens quod coquinatum in aqua soluunt: et cum carnibus spiritualia mundificat fomentum ex aqua salsa et oleo decoctionis eius valet ad dolorem yliacum.

D ¶ Stranguiriam et dissurias in vino decoctum et catbaplasmati ad idem valent: diuretica sunt.

E ¶ Additio. Gal. lib. de dinamidijs. Nastur cii succus auribus infusus dentium dolorem mitigat.

Capitulum.cccvj.



Napellus. Pandecta cap.ccccclxiiij.

n Napellus est herba que facta est sicut elleborus niger: cuius radix est ordinata ad modum rbetis: est antbonomatice herba venenosa: et est prima pars aconiti. ¶ Auicenna libro.ij.cap.de napello. Napellus est herba que est venenum perniciosum: et est in summo caliditatis et siccitatis.

Operationes.

¶ Auicenna. Napellus delet albaras linitum et confert lepre: vnde est venenum destruens bibentem se. Maior vero ipsius potio est medietas.3. vnius: et hec interficit et similiter minus. A

¶ Et ex eo coturnices bibunt et non moriuntur. Ex omnibus cofectionibus dyamuscus ei resistit. B

¶ Et est alius qui vocatur napellus moysis. Et vult dicere napellus mus: et est quoddam animal quod assimulatur muri: quod moratur in radice napelli: nascens cum napello: et qui cum eo appropinquat: non crescit arbor: et est tyriaca napelli: et est maior eo: et in eo sunt omnia iuuamenta que sunt in napello. C

Capitulum.cccvij.



Narcissus vel bulbus vomiferus: vel cepe marinus. ¶ Dyascorides capitu. Narcissus: vel bulbus ematicus:

vel bulbus vomicus: folia habet porro simi-
lia sed minuta: ⁊ hastas habet duorum pal-
morum que inanes ⁊ concaue sunt ⁊ sine folijs.
Flos est illi albus in giro: in medio croceus:
⁊ est quedam species: cuius illud medium pur-
pureum est. Radicem habet albam rotundã
sicut bulbus: ⁊ semen nigrum ⁊ oblongum vt
in membranulis. Qui in locis montuosis na-
scitur est melior: cuius etiam flos suauem lon-
ge iactat odorem. In reliquis autem porri ha-
bet similitudinem ⁊ viridis est. Uirtus eius est
que abstergit ⁊ incarnat ⁊ desiccat. Et illud
quod de eo administratur est radix. ¶ Pli-
nius libro vigesimoprimo. Narcisci duo ge-
nera in vsu medici recipiunt: vnum flore pur-
pureo: ⁊ alterum herbaceum. ¶ Ysi. Narci-
scus fabulose nomen impositum habet a quo-
dam puero: cuius membra in hunc florem trã-
sierunt: qui ⁊ nomen narcisci in appellatione
custodit: ⁊ decus pulchritudinis in cãdore re-
tinet foliorum. ¶ Serapion. Narciscus est ca-
lida ⁊ sicca in secundo gradu.

Operationes.

A ¶ Dyascorides. Radix eius bibita ⁊ come-
sta ⁊ cocta vomitum prouocat: trita cum mel-
le combustionibus medicatur. Neruos inci-
sos consolidat. Laxatos componit: antiquis
doloribus articulorum prestulatur.

B ¶ Melle mixtus effelidas ⁊ omnes maculas
vultibus tollit. Mixtus semini vrtice aceto ⁊
melli.

C ¶ Et herba mixtus vulnera sordida purgat
apostemata dura rompit. Infixa corpori im-
posita euocat cum yrisillirica melle mixto.

D ¶ Item electiones erumpit atq; stipites euo-
cat: ⁊ si qua sunt aliena cum farina ⁊ oleo ad-
mixto melle.

E ¶ Serap. auct. Galieni. Uirtus eius est que
desiccat ⁊ abstergit: extrahit ⁊ incarnat vlce-
ra magna: ⁊ incarnat incisiones in lacertis fa-
ctas. Et mixtus cum orobo mundificat sor-
des corporis ⁊ aperit apostemata: ⁊ quãdo co-
meditur ex radice narcisci aut bibitur cõmo-
uet vomitum: ⁊ trita cum melle confert com-
bustionibus ignis. Et quando fit ex ea empla-
strum conglutinat vulnera neruorum.

F ¶ Et idem auctorita. Aben Mesuay. Nar-
ciscus facit operationem iesimini: nisi quia est
debilior eo: ⁊ confert doloribus qui fiunt a
flegmate: ⁊ oleum eius est bonum ad hoc: ⁊ ra-
dix eius incarnat vlcera neruorum: ⁊ habet
virtutem laxatiuam.

¶ Galienus. viij. sim. far. capi. Narciscus. G
Radix eius siccatiue est virtutis intantum vt
cõsolidet plagas maximas vsq; ad abscisio-
nem que circa tenantos: habet autem quid
abstersiuum ⁊ attractiuum.

Capitulum. cccviij.

Abach est fructus sm Auicen. ar-
n boris dicte asadar. que apud Dyas.
vocatur agrifolium. Uerum apud
Serapion est aliud nabach: scilicet cortex ar-
boris que a Dyasco. vocatur nascatimon.
Et dicit Serapion ca. Nabach: q affertur
de India: ⁊ est in colore similis croceo: ⁊ sunt
sicut cortices mori boni odoris: ⁊ habet virtu-
tem calefacientem.

Operationes.

¶ Serapion. Fiunt cũ eo fumigationes ⁊ po- A
nitur in confectionibus vnguentorum: ⁊ in
alijs cõfectionibus calefactorijs: ⁊ habet vir-
tutem calami aromatici.

¶ Et idem auc. Gal. Est calida in tertio: ⁊ est B
ex speciebus Indie. Et quãdo fit suffumiga-
tio cum eo valet corruptioni matricis: ⁊ con-
fert suffocationi eius quando est siccum.

¶ Item scribitur q nabach comparatur ne- C
spilis ⁊ zaror quod est magis odoriferum ne-
spilis: ⁊ ita similitudo ẽ i virtute: qm̃ fructus

agrifolij

agrifolii est stipticus confortans stomachuz: ꝛ similiter comparantur nespila ꝛ zaroꝛ.

Capitulū.ccc.ix.

Nenufar. Pla. Nenufar est herba in ij. gradu frigida ꝛ humida: habens folia lata: ꝛ locis reperitur aquosis: ꝛ in calidis regionibus ꝛ in frigidis. Item duplex est eius maneries: vna que purpureum florem producit ꝛ melioꝛ est. Alia vero que croceum: ꝛ non adeo bona est. Flos eius medicine competit. Et melioꝛ est ille qui in calidis regionibus reperitur ꝙ in frigidis. In septembꝛi collectus ꝛ efficacia multa seruatur. ¶ Auicen. Nenufar nominauit Galienus caulem aque: foꝛtius est illud quod habet radicem albam ꝙ quod nigram. Flos eius frigidus est ꝛ humidus in secundo.

Operationes.

A ¶ Plate. Ex floribus precipue fiant syrupi contra febꝛes acutas ꝛ calefactiones ca. epatis: calidasqꝫ distemperantias. Itaqꝫ flores in aqua decoquuntur: ꝛ ex tali aqua zuccaro addito fit syrupus.

B ¶ Contra doloꝛes capitis ex caloꝛe sarracenī floꝛem per noctē in aqua ponunt: ꝛ mane talē aquā bibunt: floꝛesqꝫ naribus suis applicāt.

C ¶ Auicen. Syrupus eius vehementis extinctōis est ꝛ sabtiliatiuus valde. Cōfert tussi ꝛ pleuresi: ꝛ febꝛibus acutis. Radix eius cōfert botho ꝛ apostematibus calidis splenis. Eadem cum aqua confert moꝛfee supposita: cū pice vero alopicie.

¶ Idem. Nenufar somnum facit: sodam calidam ꝛ colericaꝫ sedat: sed tamen debilitat. D

¶ Pollutionē minuit: ꝛ frāgit desideriū coitus cū syrupo de papauere bibitus: ꝛ cōgelat spma pꝛopꝛieqꝫ radix eius. Eadēqꝫ radix cōfert solutioni antique: ꝛ vlceribus intestinoꝝ: ꝛ doloꝛibus vesice. E

¶ Semen eius foꝛtius est in omni re: ꝛ pꝛohibet fluxus mēstruoꝝ. Natura nenufaris Indi: est natura mādragoꝛe. F

¶ Constantinus in lib. graduum. Nenufar est subtile ac penetrabile: doloꝛem capitis ex calore placat appositum naribus coꝛ ericis ꝛ sanguineis ex omnibus cōgruit passionibus. G

¶ Syrupus eius calidaꝫ tussim extinguit: ac febꝛes colericas ac sanguinolentas aufert vigellas. Oleuꝫ eius doloꝛem capitis aufert si catbaplasmetur: aut si eo sternutatio puocet. H

¶ Auicen. lib. ij. cap. de nenufare. Syrupus eius lenit venereꝫ: ꝛ confert febꝛibus estatis: ꝛ est vehementis extinctionis. I

¶ Et idē deviribus coꝛdis ait ꝙ ꝯfoꝛtat coꝛ. K

Capitulum.ccc.x.

Igella. Pla. Nigella ē semē cuiusdam herbe rotundum: subnigrum hñs colorē: subamarū saporē: vtutē

habet diureticam ex amaritudine dissolutiuam: consumptiuam ex qualitatibus suis: folia eius sunt parua: minuta ꝛ mollia: similia cotule: ꝛ flos eius est figure stelle: coloris celestis: ꝛ habet in sūmitatibus capitella sicut papauer: ꝛ in medio ex intrinseca parte sunt aliqua ordinatim diuidenda semina. Est cali. ꝛ sic. in. iij. gra. Sera. lib. ag. ca. Caruz. i. nigella: est plāta parua habens virgas paruas circiter duos palmos ad plus: ꝛ hꝫ folia parua minuta ꝛ mollia: similia folijs plante: que dr̄ carnabaon siue ranobaon: nisi qꝛ sunt minora satis: ꝛ in summitate sunt capitella subtilia: similia capitibus papaueris: oblōga: ꝛ in medio eius sunt parietes separātes semina. Qđ quidem semen est nigrū acutum boni odoris. ¶ Dyas. ca. Melanchium. i. nigella fm̄ trāslationē nostrā. Melanchiū herba est minor folia minuta ꝛ tenera: ꝛ semen minutuꝫ hn̄s: cuius frutex lōgus ē duoꝝ palmoꝝ: ꝛ desup hn̄s capitellū simile miconio: sed oblongum in medio veluti parietes hn̄s qbus discernuntur semina: que semina sunt nigra ꝛ odorata ꝛ viscida que multi pāni aspergunt. ¶ Gal. vij. sim. far. c. Meloncbiū. i. Nigella: calefacit ꝛ siccat fm̄. iij. gra. Hoc idem dicit Pla.

Operationes.

A ¶ Nigelle ex farina cuꝫ succo absinthio emplastrum factum circa vmbilicuꝫ: ꝛ precipue pueris lumbricos necat. Alijs conficiatur ad scabiem cum melle ꝛ datur per os.

B ¶ Unguentū ad scabiem pulueris nigelle in multa quātitate fiat decoctio ī forti aceto vsqꝫ ad aliquantulā spissitudinē: ꝛ tūc addito oleo fiat inde vnguentuꝫ bonū ad scabiē ꝛ ipetiginē ꝛ lētiginē facie tollit. Faria nigelle ꝯfecta cū aceto tepido: īfusus aurib⁹ vermes necat.

C ¶ Contra stranguriā: dissuriam ꝛ yliacam passioneꝫ detur vinum infusionis nigelle per noctē: sed nō coquaꝛ: qꝛ nimiū fieret violentū. Cōstat. n. ꝙ si ī multa quātitate fuit occidit.

D ¶ Si aūt in multa quātitate hꝛ: pone in saccello: ꝛ fiat decoctio eius in vino ꝛ oleo: ꝛ supra renes ꝛ pectus fiat sacellatio cōtra predicta: ꝛ est satis experta odorata ꝫ catharruꝫ ꝛ chorizā. Et hoc hꝫ nigella a sui cōplexione: vt Galie. vj. simpli. far. ca. de Peonia dicit.

E ¶ Sera. auc. Dyas. c. de nigella: quidaꝫ admiscent hoc semen in massa paste ꝛ faciūt inde panē: ꝛ qñ fit emplꝫ frōti cū eo ꝯfert sode.

F ¶ Et quādo fit caput purgiuꝫ cum eo ꝛ aceto confert aque que descendit ad oculum.

¶ Et qñ sumiꝛ ī potu. ʒ. i. cū aqua: ꝯfert morsui rutele: ꝛ qñ fit fumigatio cū ea fugat venena. G

¶ Et fit emplastrū cum ea super duricies que fiunt in iuncturis pedū que dicuntur calli: ꝛ aufert eas. H

¶ Et idē auc. Abē Mesuay. Proprietas eius est que aufert febrem flegmaticam ꝛ melancolicam: ꝛ interficit ascarides: ꝛ confert morsui rutele. I

¶ Additio. Rasis. c. ij. tra. ij. li. xxxv. cōti. aucto. Gal. Nigella hꝫ a proprietate operationem contra morsum canis rabiosi si sumatur frequenter. K

Capitulum. cccxj.

Nymphea. Pli. lib. xxv. Nymphea dici traditur a nympha zelotipa erga herculem ropholo mortua: vnde aliq heracleon vocant eā: alij rophalon. Nascitur radice claui simi. Dyas. Nymphea vel vt dicunt alij cacabum veneris. i. papauer palustre: siue velatini alga palustris. Nasciꝛ in aquis stātibus vel locis non cultis: hn̄s folia cicorie similia: sed minora ꝛ oblōga: caput altius supaquaꝫ proferens: multaqꝫ capita infra aquā ex vna radice hn̄s: flos est illi albus lilio similis: eū pallore puo: semen eius in medio croceū: sꝫ cū effloruerit nigrū efficiꝛ: hasta lenis ꝛ nō grossa ꝛ nigra: radix quoqꝫ aspera nigra ꝛ nodosa. In autumno siccaꝛ. ¶ Nota ꝙ nymphea hꝫ propriuꝫ capitulū: similiter ꝛ nenufar: quare nō sunt idē sicut aliq volunt.

Operationes.

¶ Pli. li. xxvj. Uentrē in totū adimit nymphea heraclea A

phea heraclea p.xl.dies ieiuno potu ꝛ in cibo
B sumpta. ¶ Illita radix genitalibus inhibet
nõ solũ ventrẽ sed ẽt geniture affluentiã: ꝛ ob
C id corpus alere dr atq3 voces. ¶ Dyas. Sicca bibita cũ3 vino calicis medetur: splenẽ siccat cathaplasmata: doloresq3 compescit stomachum imposita. ¶ Radix eius bibita dolorem vesice mitigat. Corpis maculas detergit: ꝛ semẽ ci⁹ bibitũ hoc assidue facere nouit.

Capitulum. cccxij.



Nux vsualis: ꝛ est illa q̃ cõiter vtimur
ad edendũ. Sciendu3 ꝙ nucis multa sunt genera: sed quã simpliciter ponĩ pro vsuali itelligitur. Gal. vij. sim. far. c. Carea grece .i. nux vsualis vel nux arbor. Nux arbor h3 quidẽ quid in pullutionibus ꝛ frondibus stiptici euidens: plurimũ aũt in nucis cortice recenti ꝛ sicco. Vtuntur aũt eo propterea ꝛ tinctores: nõ aũt exprimẽtes eos: ꝛ succum similiter succo moroꝝ ꝛ ruboꝝ coquentes cũ melle: stomatico vtimur pharmaco: ꝛ ẽt ad alia vniuersa in qbus sunt cõgrui predicti succi. Nũc vero ipsius aliud quidẽ est esibile: aliud oleaginosu3 ꝛ subtiliũ ptiu3: quocirca ꝛ succi fit faciliter: ꝛ magis quidẽ fit tale quantũcũq3 repositum in diu manet oleum: nãq3 exprimere est possibile ex eo antiquato.

Operationes.

¶ Aui. li. ij. ca. de nuce. ca. est in. iij. sic. in pri. ij. gra. ꝛ in ipsa est humiditas que deletur cũ antiquatur: ꝛ infra est nuci stipticitas: plurima ꝛ folia ꝛ cortex ipsius oĩa sunt constringentia fluxũ sanguis: ꝛ eius cortex adustus est desiccatiuus sine mordicatione. Oleũ vero vetuste est sicut oleũ vet⁹: ꝛ abstersio antique ẽ fortis. A
¶ Ex recentibus fit emplastrũ super vestigia percussionis: masticata medulla eius ponĩ super apãata melancolicũ ꝛ vlcerosu3: ꝛ confert eius gũma vlceribus calidis sparsa super ea. B
¶ Et in emplastris cũ melle ꝛ ruta cõfert torsioni neruoꝝ: facit sodã: ꝛ distillat succus foliorũ3 tepidus in aurẽ: ꝛ cõfert saniei in aure. C
¶ Dicit alcaus: ꝙ ipsa grauat linguã: ꝛ ẽ faciẽs bothor i aure. Eius oleũ ꝓfert her petiesthomeno ꝛ herisipile ꝛ fistulis in parte oculi. D
¶ Addi. Dyas. Interiora nucũ rãcida ꝛ iuuat fistulã oculoꝝ. Oleũ nucũ facit idẽ. Succus corticis eius ꝛ rob eius prohibent prefocationem ꝛ nocent tussi: ꝛ oculum antiquatũ facit venire dolorem gutturis. E
¶ Et ex omnibus qde3 speciebus nucis dixit Alcaus fieri emplastru3 mãmille apostemose ꝛ propter ex regali magna: est difficilis digõnis ꝛ mala stõi: sed nutrita ꝛ recens est meliož stomacho ꝛ minoris nocumenti: ꝛ illud quãdo frangiĩ a duobus corticibus suis: ꝛ nux quidem nutrita cum melle confert stõ frigido. F
¶ Dyas. ca. de nuce. Nux si manducata fuerit cacostomaca est indigestibilis: ꝛ colerã nutrit: dolorẽ capitis cõmouet. Tussientibus cõtraria est si comesta fuerit. Sumpta cum caricis lumbricos latus excludit. Cathaplasmatibus adhibita tumores mãmarum cõpescit: luxationibus cu3 melle ꝛ ruta bene adhibeĩ. G
¶ Veteres autem nuces carnes earu3 cathaplasmatibus adhibite: cancros ꝛ carbunculos tollunt. Egilopas lunpidant: si caro masticata ꝛ imposita fuerit. H
¶ Fit etiam ex ipsa oleum si tunsa ꝛ expressa fuerit: virides autẽ nuces cacostomatice sunt quasi oleo mixte fuerint eius actiorem tempe rat: ꝛ liuores corporis tollunt. I
¶ Arbor nucaria habet in folijs hoc vel cinis ftipitum: nucis autem viridis cortex tunsa ꝛ pressa: ꝛ succo qui eijcitur cocto cum melle: vt solet fieri de moris odoris vitia bonum est: ꝛ vocatur dyacareon. Item cortex nucis siccata et vsta leptomeris et desiccatiua sine mordicatione fit medicina. K

Capitulum. cccxiij.



Nux auellana. Gal. vij. sim. far. ca. de
n nucibus. Est aūt aliud genus carcarū
⁊ nucū paruarum: que vtiqꝫ ⁊ pōtice
nūcupāt ampliori participātes terrestri sub-
stantia: quocirca ⁊ magis austera: cuꝫ gustat
ipsa planta: ⁊ fructus ⁊ cortex apparet. In
alijs vero similis existit magne nuci que vo-
catur ab aliqbus basilica. Nūcupāt aūt ⁊ hec
pua nux a pluribus leptocariuꝫ vel auellana.

Operationes.

A ¶ Aui. li. ij. ca. Auellana. Auellana nutribi
lior est nuce: qm̄ est magis solida ⁊ minus vn
ctuosa: ⁊ tardioris digōnis: decliuis est ad ca
B liditatem quandā ⁊ siccitatē paruā. ¶ Gene
ratur ex ea colera: ⁊ in ipsa est stipticitas ma-
ior ꝙ in nuce: ⁊ in ipsa ē inflatio: ⁊ generat vē
tositatem in vētre inferiori: ⁊ qd̄ ex ea adustū
est tingit capillos: facit sodā ⁊ assatur ⁊ come
ditur cum pauco pipere: ⁊ maturat corizam.
C ¶ Ypo. inquit. Auellana in cerebro facit au-
gmentum. Extimauerūt qdā ꝙ ipsa illinita
super verticē puerorū varios hn̄tium oculos:
delet varietatē: comeditur cū aqua mellis: ⁊
cōfert tussi antique: ⁊ adiuuat ad spuendum
D ¶ Est tarde digestionis: ⁊ exsiccat vomituꝫ:
⁊ est tardioris digestionis ꝙ nux vsualis.
E ¶ Eius cortex est stipticus: ⁊ constringit vē-
trem: ⁊ confert venenis ⁊ morsibus: ⁊ proprie
cum ficubus ⁊ ruta ⁊ puncture ⁊ scorpionis.

¶ Dyas. Auellane in cibo sumpte dolorē ca F
pitis incutiūt: stōm inflatione distēdunt: cor-
pori sano pinguedinē cōferunt. Sicce in vase
fictili cōstitute distillationibus mitigādis vti
lime offeruntur. ¶ Trite ex aqua mulsa po- G
teqꝫ vetustissime tussis molestiam sedant.
¶ Alij tritas cum passo bibēdas dederunt a H
pulmonis ⁊ iecoris vitia sananda. Multi tri-
tas cū pipere miscuerunt cū vino propinatas
contra catarrū: ⁊ tormēta ventris ⁊ vrine di-
stillantis angustias valere senserunt cū axun-
gia vel adipe vrsina contrite ⁊ alopicijs liuite
capillis dāna restituūt: dicunt aliq coria eius
cum oleo trita oculos gattineos inuncta infi-
cere ⁊ capillos. Hanc multi leptocoriam vo-
cant cacostomatica est que si assata fuerit.
¶ Et cum pipere bibita catarruꝫ maturesce I
re facit: ⁊ tota combusta ⁊ axungie mixta vt
superius scriptum est facit.
¶ Iohā. Mesue ca. de oleis. Oleum eius va K
let contra dolorem arteticum ⁊ neruorum.

Capitulum. cccxiiij.

Nux muscata. Sera. lib. aggre. cap.
n Jeuzbaue arabice. i. nux muscata: ⁊
affert de india. Et idem auc. Ysaac.
Meliores sunt ex eis rubee pingues graues.
Et deteriores nigre leues: ⁊ sunt ca. ⁊ sic.

Operationes.

¶ Sera.

A ¶ Serapi. Stringit ventrem ꝛ aromatizat
stōm ꝛ odorē eius facit bonū: aufert superfluita
B tes a stō: ꝛ digerit cibū. ¶ Et expellit vētosita
tes ꝛ corroborat stōm ꝛ epar: ꝛ confert lētigi
ni faciei ꝛ serpigini: ꝛ extenuat splenē: ꝛ mol
C lit apāta dura epatis. ¶ Et natura ei'ē sicut
natura gariofiloꝝ: ꝛ est ca. ꝛ sic. i. ij. gra. bona
est stō ꝛ epati frigido: ꝛ ꝯfert debilitati coītꝰ.

Capitulum. cccxv.

Nux indica: ꝛ est nux magna. Ser. li.
agg. capi. neregil: ꝛ est palma insule q̄
est in mariarui: ꝛ in partibus insulaꝝ
zing. Et dicitur ꝙ neregil est palma de mo
cbol: ꝛ iste insule nominātur dabget: ꝛ ab eis
deferunt dabig: ꝛ ē neregil. Ultima vo ista
rum est saranbibazaran. Et idē auc. Gal. in
li. de cibis. Nux indica est ca. i. ij. gra. hu. i. j.

Operationes.

I ¶ Et idem. auct. Alexandri. Arnoglossa retinet ventreȝ quando bibitur:⁊ fit elystere cū ea:⁊ ꝓfert febꝛibus tertiane ⁊ quartane quādo bibitur succus eius.

K ¶ Dyasc. cap. de arnoglossa. Arnoglossa cathaplasmatib⁹ adhibita soꝛdida vulnera purgat ⁊ reumata siccat. Pꝛofluctibus sanguineȝ occurrit. Maculas nigras ⁊ epictidas curat:⁊ cicatrices vulnerū facile ducit. Semen eius tūsuȝ ⁊ in puluerē redactū ⁊ vulneri aspsum sanat. Asthonibus singulare ꝑsidiuȝ est.

L ¶ Moꝛsibus caninis auxiliū pꝛestat:⁊ tumoribus ⁊ scrofis marinis si cū sale imponatur. Cocta vero folia ipsius cuȝ aceto ⁊ sale dissintericis ⁊ celiacis opitulantur: maxime si cum lenticula adhibeātur ydꝛopicis cocta succurrit. Epilenticis ⁊ asmaticis pꝛodest accepta. Succ⁹ ei⁹ vulnera oꝛis purgat gargarismo.

Capitulū. cccxxxiij.

P Lātago minoꝛ. Sef. li. ag. c. Lisen ⁊ est plātago. Cuius due sunt spēs. s. maioꝛ ⁊ minoꝛ. De maioꝛi iā dictuȝ est. Sed minoꝛ habet folia subtilioꝛa ⁊ minoꝛa ⁊ tenuioꝛa q̄ folia maioꝛis:⁊ habet virgaȝ que inclinatur versus terram:multos ramulos habentem:⁊ flos eius est croceus:⁊ semen eius est in radice lingue. ¶ Dyasc. ca. Arnoglossos. Eius genera sunt duo. Unum dr̄ polipleuron. Est etiā aliud: sed minus. Minus vero habȝ minuta folia ⁊ angusta ⁊ lenia:virga eius multos habet angulos inclinata ad terram:floꝛem viridē habens : ⁊ semen super ipsam virgā. Nascit̄ vero in cardiarijs locis.

Operationes.

¶ Dyasc. ca. de arnoglossa inquit. Minoꝛis plātaginis succus collutioni datur oꝛis ex folijs ⁊ sanguinantes gingiuas curat. A

¶ Item succus tepefactus fomento ventris doloꝛē tollit. Succus bibendus est eis qui purulenta reijciunt cum sanguine. In serpētis moꝛsu plantago minoꝛ trita cū vino sumitur. B

¶ Comesta autem sola vel cum lenticula cocta ⁊ oleo viridi cum aceto dissintericos ⁊ stomaticos curat. Si cui vulnus secus oculum vel nasum natum fuerit:succus eius cum lana molli inpositus per dies nouem curat. C

¶ Itē succi ei⁹ coclearīū vnū bibitū lūbꝛicos excludit:sic facit pistura in vmbilico posita. D

Si qua

Si qua duricies in corpore nascitur herbam pistatam cum axungia sine sale: quasi malagina impone. Succus eius in aqua mulsa ante duas horas accessiõis potui da quartanarijs ⁊ miraberis eius effectum.

E ¶ Ad podagram ⁊ oẽm neruorum dolorez vel tumorem: folia eius pistata cũ modico sale optimũ est: vlnera recentia cũ axungia veteri curat sic ⁊ parotidas. Si cui pedes doluerint ex itinere cũ aceto imposita tumorẽ ⁊ dolorez tollit. Fistulas tũsa ⁊ ĩposita facillime sanat.

F ¶ Omnes difficultates vesice folia ⁊ radix eius potata fortiter medentur: q꞉ abundanter infrigidant ⁊ desiccant ⁊ reprimunt: propter quod ad vlcera maligna ⁊ reumatica ⁊ putrida iuuant. Herba ipsa dissintericos iuuat: ⁊ emorroidas reprimit. Ista infrigidat ⁊ glutinat: desiccat cuiz absq꞉ mordicatione.

G ¶ Semen autez eius ⁊ radix similia sunt virtute: propter quod sicciora sunt ⁊ minus frigida. Semen preterea habet subtiliandi virtutem: folia extenuandi: radix impinguandi que masticatur in dolore dentiuz. Ad oris et lauationem facit ⁊ epatis ⁊ renuz emfrasim.

H ¶ Multi dicunt radicem eius collo suspensam scrofas nasci non dimittere. Hec predicta etiam Serapiõ refert auctoritate Dyascoridis: licet per alia verba.

Capitulũ. cccxxxiiij.

P Latanus arbor. Pand. c. cclxxvij. Dulb vel baccam arabice: grece suffire: latine platanus arbor vel scotanum. Ubi sciendum q̃ scotanum qua in Hispania tingunt̃ pãni: ⁊ nos vocamus eã barzi: ⁊ est platanus arbor vt p꞉ per cõcordiã Aui. eius. c. cum Dyas. c. de platano: ⁊ profert velut nuces paruas: vt Jo. serap. ca. de dentifricijs. Item in Dyasco. s̃m translationez arabicam ca. de Platano. Arbitror platanum esse dulb. Item Stephanus cap. de platano. Platanus est dulb. Serap. lib. aggre. capi. Dulb. aucto. Ysaac. Dulb est arbor magna extensa: habẽs folia magna similia palme manus hominis similia folijs kerue: nisi q꞉ sunt minora: quorum sapor est amarus ponticus: ⁊ cortex ligni eius est grossus rubeus. Color vero ligni eius quando scinditur est medius inter glaucedinem ⁊ rubedinem: ⁊ habet florem paruum lenem glauci coloris. In cuius loco quando cadit nascitur granum asperuz glaucum vergens ad ruborem: pulueruleutum in superficie sicut granuz catapucie: hec in Hispania vocatur palma christi: cum qua ibidem tinguntur panni: similiter folia eius similantur folijs ellebori nigri. Gal. vij. sim. far. capitu. de Platano inquit. Substantia eius est fri. ⁊ hu. non longe a rebus temperate complexionis. Dyascori. capi. de platano. Platanus habet virtutem fri. ⁊ hu.

Operationes.

¶ Gal. Folia eius recentia qñ teruntur ⁊ ponuntur sicut emplastruz super apata que fiũt in geniculis: sedat eas sedatione manifesta: sed corticis eius virtus est q̃ desiccat adeo q̃ cortex ipse cogit̃ cũ aceto: ⁊ confert dolori dẽtiũ. A

¶ Nux vero eius qñ administratur cũ axungia: confert apostematibus que accidũt a cõbustione ignis. Cortex eius qñ cõburitur est medicina desiccatiua abstersiua. Cõfert egritudini cum qua eleuatur cutis ⁊ cinis eius curat vulnera in qbus est sordes ⁊ putredo: propter nimiam humiditatẽ existez in eius loco. B

¶ Et oportet q̃ caueatur multuz a puluere q est in folijs eius ⁊ in fructu: quia est nociuus valde canne pulmonis. Ideo q꞉ desiccat multum ⁊ inducit asperitatem: ⁊ nocet voci ⁊ locutioni: ⁊ etiam visui ⁊ auditui: si cadit in auribus vel in oculis. C

¶ Dyas. Emplastrum eius sedat apostemata calida que fiunt in genu. Et qñ cortex eius ⁊ nux eius cõburũtur: ⁊ fit emplastrũ cũ cis ⁊ D

adipe porcina aut arictina confert vlceribus
putridis. Siliter ⁊ eius cinis facit solus hoc.
E ¶ Et quando coquuntur folia eius recentia
cum vino: ⁊ fit emplastrum cum eis: prohibet
cursum humorum ad oculũ: ⁊ resoluit aposte
mata flegmatica: ⁊ qñ cortex coquitur cũ ace
to: ⁊ fit collutio cũ eo: confert dolori dentiũ.
F ¶ Et quando fructus eius recens bibitur cũ
vino confert morsibus venenosis: ⁊ quando
administratur cuꝫ axungia curat combustio-
nem ignis. Et puluis foliorum eius quando
cadit in oculum aut aures nocet multum.
Similiter ⁊ puluis qui est super fructũ eius.
G ¶ Cortex eius cum vino scorpionuꝫ ictus re-
stringit. Lanugo foliorum oculis ⁊ auribus
est inutilis.

Capitulũ. cccxxxv.

p Aliurus. Ysid. Paliurus est herba
asperrima ⁊ spinosa. Glosa sup Esa-
iam. xiiij. c. Paliurus tanta spinarũ
circumdatione dẽsescit: vt pro asperitate vix tã-
gi possit. Pli. lib. xiij. Cirenaica regio: lothon
preposuit sue paliuro. Fructicosior est hec fru
ctuqꝫ magis rubeus: cuius nucleus nõ simul
manditur. Jocundus per se: atqꝫ suauior vi-
no: quin ⁊ vina succo suo commendans.

Operationes.

A ¶ Pli. lib. xxiiij. Paliuri qḋ est genus spi-
ne: semen eius asari zurã vocant. Contra ser
pentes efficacissimũ est. Item calculosis ⁊ tus-
si folia vim astrictoriam habent.
¶ Radix discutit pannos: collectiones vomi B
cas vrinas trahit potata. Decoctum eius in
vino aluum sistit. Serpentibus aduersatur.
Radix precipue datur in vino. Bacce pur-
gationi mulierum prosunt. Ciliacis: dissinte-
ricis: colericis prodest: radix decocta ⁊ illita
extrahit infixa corpori. Utilissima quoqꝫ tu-
moribus est hac luxatis.
¶ Dyasc. Paliurus est que ab alijs acus pa C
learis dicitur: vel cicer domesticum vocatur.
Folia eius ⁊ radix stiptice virtutis sunt: ita vt
ventrẽ fluentem constringant. In hoc quoqꝫ
dyaforetice virtuti participãt: vt in vesica la
pides frangant: ⁊ ex torace atqꝫ pulmone spu
tamina flegmatica cum humore educãt. Di-
citur ⁊ lauaria: eo ꝙ pleriqꝫ ex ea lauant. Se
men illius bibitum tussim compescit. Lapi-
des vesice frãgit: morsibꝰ venenatis occurrit.
¶ Eius elixatura bibita ventrem stringit: D
vrinam prouocat. Venenis acceptis obuiat.
Folia eius vt cathaplasma imposita curant
apostemata si sint recentia: radicibus quoqꝫ
sicut ⁊ folijs est virtus stiptica.

Capitulũ. cccxxxvj.

p Astinaca domestica Ysi. dicit: eo ꝙ
radix eius sit pcipuꝰ hoĩs pastus. Est
enim

eniz odoratu iocũda: cibo delectabilis. ¶ Pal. lib. iij. Pastinaca vere serit. Primo semine ponitur ⁊ plantis loco pingui ⁊ soluto altius pastinaco: raraqꝫ statuẽda est robur accipiat. ¶ Pli. li. xix. Lignosiora sunt ortulana q̃daz a nobis posita in cartilaginũ genere: mirũqꝫ saporis vehementiã oĩbus inesse. Ex his vnũ est genus pastinace sed agreste qđ ꝓuenit spõte scaphilinis grece df. Altera vero. s. domestica: serit radice vel semine. Primo vere vel autũno vt placꝫ bigino Februario Augusto Septembri Octobri. solo ꝙ altissime refosso vtilis esse incipit ãnicula vtilior ỹma: gratior autũno: patinũsqꝫ maxime. Et sic quoqꝫ virtus ei est itractabile. ¶ Ser. li. ag. c. Lezar. i. pastinaca. Est ex ea domestica ⁊ siluest. Domestica quidẽ est nota. Et illa hꝫ radicem in lõgitudie vni⁹ palmi boni odoris: q̃ comedit.

Operationes.

A ¶ Gal. viij. sim. far. c. Staphilinũ. i. pastinaca. Domestica quidem debilior: siluestris vero fortior ẽ ad oĩa. Domestica vrinas mouet: ⁊ menstrua prouocat: ⁊ tota quidẽ herba maxime vero semen ⁊ radix. Habet autem ⁊ qđ abstersiuum in se: quocirca ⁊ fagedenosa vlcerum quidem cum folijs viridibus ⁊ melle cathaplasmant aut mundificant.

B ¶ Et idẽ in li. de cibis. c. de pastinaca. Radices harũ domesticarũ comeduntur. Alimẽtũ qdeꝫ minus rapis hñtes: calefaciũt aũt manifeste. i. in medio. ij. gra. ⁊ humectãt in. i. gra. ⁊ aliquid aromatizans: indigestibilitas quidem igitur similiter ipsis inest ⁊ alijs radicibus. Urinatiue auteꝫ sunt. Et si abundat aliquis in ipsarum vsu mali chimi generantur.

C ¶ Siluestrem pastinacam quidam vocant daucum: magis vrinatiuum quidem existentem: magis autem medicinalem iam ⁊ multa decoctione indigentem si debeat quis comedere ipsum. De illa lege capi. Daucus.

D ¶ Dyas. Pastinace vis omnis in radice ⁊ semine constituta est. Dissintericis quoqꝫ vetustis vtilis est. Dentes eius radice circundati creduntur a doloribus releuari.

Capitulũ. cccxxxvij.

p Panis porcinus latine. Arabice Buthormarien: vel alcharincha vel artanita: grece vero leuchopodion vel ciclaminus. Ubi sciendum ꝙ Aui. li. ij. ca. de Artanita: dicit ꝙ archarincha vel artanita est ciclamen: ⁊ est panis porcinus. ¶ Sera. libro ag. c. Buthormarien. Dicit buthormarien. i. Ciclamen. Almansor cap. de Apoplexia. In cristeri nanqꝫ quod facit ponit artanitam ⁊ buthormarien: credo ꝙ sit error in scribendo: quoniam buthormarien ſm Serapi. est ciclamen. Et artanita ſm Auicennam est ciclamen. ¶ Unde Sera. lib. ag. auc. Dyas. Buthormarien. i. ciclamen: ⁊ habet folia similia plãte: que dicitur cissus. i. edera: nisi qꝛ sunt maculata maculis albedini trahẽtibus: ⁊ habet virgam ad nigredinem tendenteꝫ folijs: cuius longitudo est quatuor digitorum ⁊ amplius: supra quam est flos similis rose rubeus aut purpureus: ⁊ habet radiceꝫ nigrã: grossam: rotundam: latã ⁊ pressam simile rape: nascitur in locis vmbrosis: maxime ad vmbram arborũ. Et inciditur hec radix ⁊ siccat sicut squilla. ¶ Dyas. c. de ciclamine ſm trãslationeꝫ nostrã. Ciclamẽ. i. panis porcinus: folia hꝫ similia cissos: ⁊ vario colore picta: inter que sunt ⁊ alba folia: tyrsus ei ẽ nudus sine folijs vnius palme: habens in summo flores roseos vel purpureos: cuius radix nigra est: intus vero alba ⁊ grossa ⁊ lata sicut rapa. ¶ Gal. vij. simpli. far. ca. de Ciclamine. Ciclaminus varius virtute est: etenim abstergit ⁊ incidit ⁊ attrahit ⁊ dyaforat: palam enim est ex actibus qui ſm partẽ. Et subdit. Alius vero ciclaminus: quẽ quidaꝫ Cissanchomiũ noiant: eo ꝙ odore ⁊ flore assimilatur. Radi-

cem inutilē habens: fructum vero habet ope
ratiuum sufficienter. ¶ Pli.cap.de ciclami
ne. Ciclamen: idest panis porcinus: in folijs
est simile cissos i figura. Et sunt colore varia:
radix nigra & rotunda: in medio depressa.
Est ei tyrsu nudos cum flore purpureo. Est
aliud genus ciclaminis: quod appellant ciela
temon: folia habet cissos similia: sed minora:
hastam grossam & nodosam: que hasta si ar
borem proximam habuerit: adheret illi: florē
habet album & odoratū: semen butruosum &
simile vuis: & velut cissos. Gustus hūs musci
laginosum & viscidū: sed inutile: locis asperis
& aridis nascitur. Idez. Ciclamen ca. est & sic.
in .ij. gradu: qui & cassamus panis porcinus
malū terre appellatur. Radix ei tuberosa: q̄
quanto maiores tanto meliores: sic q ipsa ra
dix recens & exsiccata magnam hz efficaciaz:
sed recens maiorem hz. Debet autez circa fi
nem autūni colligi: & in quattuor partes scin
di: & cum filo suspendi: & parum ad solem po
natur: & in vmbroso loco exsiccetur. Habet
autem virtutē dissolutiuam & cōsumptiuaz.

Operationes.

A ¶ Pand.ca.ccxiiij. ad emorroidas inflatas &
nō fluētes: sed exterius apparētes supaspgat
puluis eius: vel illiniat ex succo eius si iterius
latitāt: iniciāt in modica quātitate p clystere.
B ¶ Ad menstrua prouocāda & matricē mūdi
ficandā triferā magnā resolue in oleo muscel
lino vel cōi: & buliat in igne cum ciclamine &
de bombace in hoc intincta fiat suppositoriū.
C ¶ Contra tenasmonē ex flegmate vitreo suc
cus radicis eius cum oleo cōmuni in ipso po
mo buliat & bombix intincta superponatur.
D ¶ Contra viciuz splenis: malū terre in mul
ta quantitate mundatum & contritū: per sex
dies in vino & oleo moretur: vt ibi marcescāt
cuius colature addatur cera & parum aceti: &
decoquatur ad spissitudinem: precedentibus
alijs mollificatiuis: hoc efficax est si postea in
ungatur: vel ex succo eius vel ex puluere: si
deest succus: confice cum oleo & cera in modū
vnguenti: & inunge egrum sepe.
E ¶ Contra apostemata ex causa frigi. que nō
possunt rumpi pre spissitudine cutis: pomum
ipsuz conteratur & in oleo buliat & calidū su
perponatur aut per exteriora purgabitur.
F ¶ Contra fistulas tenta de radice eius facta
si imponatur os amplificat: & os aliqd si inte
rius fuerit attrahit vt melius cum tenaculis
attrahi poterit: puluis eius carnem superfluā
corrodit. Contra polippū puluis eius super
aspergatur sup fluellū qui in naribus ponat.
¶ Dyas. Radix eius cum aqua bibita: fleg G
ma & tumores per ventrez deponit: mēstrua
imperat supposita & bibita. Et dr si sup radi
ces ei⁹ mulier pregnās trāsierit aborsuz facit.
¶ Diu parturientibus sub femora posita ci H
tius parere facit. Cuz vino bibita venenis cō
traria est: quas maxime bibētibus leporē ma
rinum cathaplasmatibus adhibita morsus
venenatos saluberrime curat. Vino mixta
aut bibita cum passo aut cū mulsa aquata in
modū .3.iij. ycetericos purgat & spleneticos: &
si in oleo calido coopti fuerint vt sudare pos
sint bonū est: quo sudore iuenies colerā rufaz
deponere. ¶ Succus eius melli mixtus & na I
ribus immissus caput purgat. Tunsa & ano
supposita humores deponit. Trita & vmbili
co imposita & super pectinem ventrez mollit.
Cathaplasmatibus adhibita tumentem sple
nem attenuat: & succi eius .3.ij. accepte cum
modico vino hec potissime facit.
¶ Gal. Succus ciclaminis emorroidas ape K
rit & prouocat violenter ad egestionem in lici
nio appositus: ita autem & cuz his que in scli
rata & scrofulas: & omnes alias durities eua
porant. Oportet autem vt puto esse bibendū
aquā eius vsqz ad tres .3. vel cū vino dulci vel
cuz mellicrato. Et subdit. Est alia spēs cicla
minis cuius radix est inutilis: fructus vero ē
operatiuus sufficienter: quo circa & cū vini al
bi ciatis duob⁹ bibitus pluribus dieb⁹ sanat
splenes: mouēs & vrinas & vētrez subducens.
¶ Aui.li.ij.c.de Artanita .i. panis porcinus L
Artanita illud quod de ea administratur est
radix eius que est incisiua: resolutiua: & est
bona doloribus iuncturarum: & vtriusqz an
che: & facit sternutationē: & vehemēter aperit
oppilationē: & constrictionem narium & cola
torij: & cōfert singultui: & eijcit semē. Et eius
decoctio valet puncturis venenosis: & simili
ter syrupus eius loco eius ponit in iuuamen
to quod efficit veneris equale pondus de ari
stologia longa & semine citri & mentastro.
¶ Iohā.mes.c.de artanita: Artanita est pa M
nis alcurnit: vel panis porcinus: & ab alijs pa
nis fauni dr: & inueniunt ex eo paz & magnū.
Magna aūt radix est in moduz rape rotūde:
cuius pars exterior ē terrea nigra: iterior aūt
alba. Et eleuanī radices sup frondes & flores
fm semitā violaz subalbidarū sine eleuatio
ne stipitis supra radices. Paruuz autem hz
radices subterraneas plurimas i modū auel
lane: &

lane:ꝛ cicerum.Ca.ꝛ sic.complexionis est in in principio.iij.gra.ꝛ est incisiuū subtiliatiuū calefactiuū:resolutiuum:abstersiuum:mundificatiuū:ꝛ aperitiuuȝ oppilationū.Et est ex rebus sudorē exuberare faciētibus:ꝛ ex maxime mūdificātibus cutim:ꝛ resoluētibus fedi
N tatem eius. ¶Et dixit Sera. Accipe succus eius.ʒ.iiij.ꝛ dissolue cū zuccaro ꝛ coque vsqȝ ad tertiam partem:ꝛ propinetur in mane:est enim medicina certa ad yctericiam. Et dixit grecus.Succus eius cum mellicrato aut secaniabin:ꝛ proprie de quolibet partes equales cocte ꝛ sumpte ſm superiorem decoctionē sunt medicina experta ad yctericiam citrinā. Ponit quoqȝ mes.in co.c. duas descriptiones vnguenti de artanita:quas ibi require.
O ¶Idē Johā. me. Solutione educit flegma muscilaginosuȝ sumptū ꝛ suppositū:ꝛ ēt linitum super femur.Et ꝯfert colice flegmatice ꝛ ei que fit ex retētiōe fecis:ꝛ est ex rebus mūdificantibus caput ꝛ oculos. Succus eius cū melle collyrizatus vȝ debilitati visus:ꝛ ꝓprie purgat caput purgio ex eo facto ꝛ abscindit emigraneā frigidā ꝛ sodā:ꝛ ꝯfert tremori ꝛ
P paralisi.¶Et dicitur ꝙ suspendatur in collo mulieris radix eius ipsa non concipit:ꝛ linitur ex eo anus ꝛ confert egressui eius.

Capitulū.cccxxxviij.

p Eonia latine:ara. Pinuser:grece pē terebon vel pentaborā:vel pernia:vel glikisi de..Sera.li.ag.c.peonia.auct.Dyas. Peonia est arbor:ꝛ ei⁹ due sunt spēs.s. masculus ꝛ femina.Et masculi sunt folia silia folijs nucis:ꝛ radix eius grossa sicut digit⁹:ꝛ lōga lōgitudine palmi:color eius est albus. Femine vero folia sunt silia folijs smyrnion:ꝛ sup sūmitates ramoꝝ ei⁹ sunt sicut camerule:ꝛ apparent in eis grana rubea sicut sanguis pua silia granis granati.Et inter illa grana sunt semina nigra seu purpurea:ꝛ radix ipsius est ramosa ꝛ radices ei⁹ sunt siles glandib⁹.vij.viij.siles radicib⁹ affodilloꝝ.Idē auct.Gal. Substātia eius est subtilis:ꝛ sapor ei⁹ ē stipticus pauca stipticitate cū dulcedine:ꝛ qū diu masticaẜ apparet i ea acuitas ꝛ mordicatio ꝛ amaritudo pauca:virtus eius est q̄ calefacit caliditate pauca:ꝛ desiccat desiccatiōe forti. ¶Aui.li.ij.c.de peonia. Peonia alia est masculus ꝛ alia femina. Masculus qdem radices hȝ albas grossas vt digitū:stipticum habens gustū:ꝛ femina hȝ radices in plurimas partes diuisas ꝛ ramos:est ca.ꝛ sic. vehementer. In ipsa sunt exiccatio ꝛ stipticitas cū resolutione ꝛ apertione ꝛ subtiliatione ꝛ incisione ꝛ abstersione.Et qū masticatur vna hora apparet post eā acuitas ad stipticitatē declinās. ¶Ysi. Peonia dẜ a peone medico a quo iuēta perhibeẜ.Hāc quidā glikisidē vocāt:eo ꝙ dulcis saporis sit:vel penterobinā a numero granoꝝ:vel vt alij dactilos a silitudine digitorum:nasciẜ aūt in insulis. ¶Ex herbario. Peonia in sūmitate hȝ maligranati magnitudinē q̄ noctu lucet q̄si lucerna:ꝛ hȝ granuȝ cocti silēȝ:noctu a pastorib⁹ īueniẜ:res ē saluberrima.

Operationes.

¶Pla. Peonia ca.ē ꝛ sic.in.ij. gra. Hec ꝯ A
epilētiā hȝ ꝟtutē occultā collo patiētis suspēsa vt testaẜ Gal. de quodā puero cui⁹ collo dū suspēsa erat nō patiebaẜ:ꝛ qū ē recēs ꝛ suspēsa in multa q̄titate:tūc ē maioris efficacie:ea vero sublata morbo affligebaẜ. Sȝ qdā dicūt hoc nō de qualibet verū esse:sȝ de quadā specie tm̄. Ad idē valet puluis ei⁹ datus in succo pigani. Cōtra paralisim daẜ succus eius cū vino decoctionis castorei. Cōtra strāguiriā ꝛ dissuriā datur vinū decoctiōis eius pulueris.
¶Cōstan.in lib.graduū. Peonia est in.iij. B
gradu ca.ꝛ sic.Quidaȝ habet ponticitatis:ꝛ quidam dulcedinis. Qua masticata sentitur in ore amaritudo modica cum aliquanto acumine.Unde prouocat menstrua cuȝ melle bi-

bita. Epatis et splenis oppilationē cū acumine aperit ventrē: cōstipat cum sua pōticitate. Ideoqz cum vino bibit dyarriam in intestinis curat: epilenticos quoqz iuuat.

C ¶ Aui. Peonia ē ca. et sic. vehemēt. In ipsa sunt exsiccatio et stipticitas cū resolutōe et aptione ac subtiliatiōe et incisione et abstersiōe: et qñ masticaī appet post eā acuitas ad stipticitatē declinās. Abstergit vestigia nigra ī cute ɔfert podagre: ɔfert epilētie: ita ꝙ etiā suspēsa. Et vt inqt Iudeus qdaz: suffumigatio facta cū ei⁹ semie ɔfert demoniacis et epilēticis: et sanat eos. Ego aūt dico ꝙ hec ē forsitā species peonie romane. Nam illa que ex India fertur ad nos non habet effectum in hoc casū.

D ¶ Et bibunī de semie illius. xv. grana cū vio aut mellicrate: et ɔferūt incubo valde. Naturā retinet decocta cū syrupis pōticis: prohibetqz materias effusas ad stōm: et mordicationem ipsius. Radix eius ɔfert yctericie: et apit oppilationē epatis. Pot⁹ eius vrinā ꝓuocat et ei⁹ decoctio cū vino vētrē stringit et ꝓuocat. De radice ipsi⁹ q̄ntitas auellane ɔfert dolori renū ac vesice. Grana ei⁹ cū vino cōferūt ꝑfocationi matricis: et abscindūt fluxū sanguis.

E ¶ Dya. Peoniā qideō dactilicū vocat: et radicē eius peoniā: hastas hz cū ramulis lōgas duabus palmis: et est mascul⁹ et feminā. Masculus hz folia ifici regali silia: feminā vero folia diuisa et in sūmo emittit ex se ꝟgas q̄si cucurbitarū cariolas: folliculos hz velut amigdala: in qbus est semē diuisuz et minutū ac rufum malogranato silē: sz in medio sunt qnqz vl' sex grana nigra et subpurpurea: radix masculi grossitudinē hz digiti duob⁹ palmis: lōga et gustu stiptica. Femīa ꝟo radicē hz sicut balanus in sex vel in. viij. ptes diuisaz affodillo silez: et illa dr̄ pionia de q̄ ī sequēti. c. dicet.

F ¶ Datur hec mulieribus vt facile purgari possint in modum amigdale: cum vino bibita dolorem intraneorū compescit: ycteriois ac nefreticis et vesice doloribus in vino elixa et bibita maxime subuenit: ventrez abstinet: stomachoqz comesta sanitatem prebet.

G ¶ Stomaticis dolorē tollit: et ab infantib⁹ comesta initiū calculoꝝ excludit: nigꝝ semē acceptū lōgi⁹ arcet ꝑssurā sōnioꝝ et offocatiōes.

H ¶ Radix mēstrua multū mouet. Cū amigdalo ꝟo ī mulsa potata epar purgat: renes ɔstipat.

I ¶ Et q2 stiptica ē ɔstrigit vētris reuma cū vino austero cocta et potata. Integra vero herba fortiter desiccatiua est: ita vt radix ei⁹ appēsa pueros epilēticos sanat. Est. n. virtus leptomeris huius herbe desic. et ca. nō manifeste.

Capitulū. ccccxxxix.

Pionia. Sera. auc. Dya. Peonia. s. pionia: et ē arbor: et ei⁹ due sūt spēs. s. masculus et fēia. Et masculi sūt folia silia folijs ificis: et radix ei⁹ ē grossa sic digit⁹ et lōga lōgitudie palmi: color eius ē albus. Femine ꝟo folia sūt silia folijs smirniō: et sup sūmitates ramoꝝ ei⁹ sic camerule: et appent ī eis grana rubea sic sanguis ꝑua silia granis granati: et īter illa grana sūt semīa nigra seu purpurea: et radix ipsius est ramosa: et radices ei⁹ sunt siles glādib⁹.

Operationes.

¶ Gal. vi. sim. far. c. de Pionia. glikiside: siue pionia quā et pātaterā vocāt: radicē stipticantē hz cū quadā dulcedie: amplı⁹ aūt masticata lōgo tpe appet ī ea acumē cū pauca amaritudine: et cū acredie propterea igiī mēstrua mouet: et vrinā qñ bibitur in quātitate vnius amigdale cū mellicrato terere opz et ptractare: et ita emplastrata purgatū oppilat epar et renes: sed hec quidē inquantū acris et amara facere nata est: inquantū vero et aliqd stipticitatis hz: siquidē qui ꝭm ventrē fluxus hn̄tes ꝭm veritatē sistere apta est cum vino stiptico potata: et virtus eius est multū desiccatiua: et pp hoc speramus ꝙ qñ ligatur in aliqua re et suspendiī ad collū infantis epilētici ꝙ sanaī. A

B ¶ Et ego qdē vidi pueꝝ octo mēsibus nequaꝗ̄
occupatū ex quo potari cepit radicē. vt aūt de-
cidit quoquo mō a collo qđ erat applicatū sta-
tim fuerit epilēticatus. Alia iteꝝ salubriter se
C bēbat. ¶ Uisuʒ aūt fuit mihi vt iteꝝ auferret
eaʒ cā experiētie: ꝛ ita faciētibus ꝙ iteꝝ fuit oc
cupatus. rōnabile est ergo vt aut aliq̄ ptes ra-
dicis affluētes. deide attracte p anhelitū sana-
rent. ita patiēti aut loco aut ipso aere mutato
ꝛ alterato a radice. sic enī irinꝰ liquor ꝓfert gut
D turi flegmonē patiēti. ¶ Et torrefactū mala-
chiū. i. nigella manifeste catarros ꝛ corizas de
siccat: siqꝫ ligās illđ in pāno raro attrabit fre-
E quenter p nares caliditatē q̄ ex eo. ¶ Et sicr si
accipiaꝝ filū lane: ꝛ precipue illius lane q̄ repiꝝ
in cōchilijs marinis. s. purpureis: ꝛ tingaꝝ tin-
ctura q̄ dꝝ grana: deinde īuoluaꝝ istud filuʒ in
collo vipere: ꝛ stringaꝝ donec strāguleꝝ vipa cū
eo. deinde filuʒ īuoluaꝝ circa collū hūtis sqnan
tiā: aut illđ qđcūqꝫ apa in gutture aut in collo
videbis ex hoc magnuʒ iuuamētū istius fili. Sʒ
hoc quidē forte semotius alibi tractabimus.
F ¶ Peonie vo cōplōnem sciendum est subtiliuʒ
partium exsiccatiuaʒ: nō tm̄ insigniter calidā:
sed vel cōmensurataʒ: vel paulo quodāmodo.
G ¶ Auicen. de viribus cordis dicit: ꝙ cōfortat
cor. ¶ Paulus cap. de Peonia dicit: ꝙ est ca
lide ꝛ sicce cōplexionis in scđo gradu.

Capitulum. cccxl.



P Etrosilinum. Isido. in lib. ethymol. xj.
Petrosilinuʒ dꝝ eo ꝙ apio sit similis.
ꝛ nascitur in petris mōtibusqꝫ precru-
ptis: qđ nos dicere possumus petrapium. Si-
lenon enim grece apiuʒ dicitur. sed est summū
ac ꝓbabile macedonicuʒ gustu suaue: ꝛ odore
aromatico. ¶ Pla. Petrosilinū est h. iij. gra.
ca. ꝛ sic. Est aūt duplex. domesticum ꝛ agreste.
Cuius semen maxime cōpetit vsui medicine.

Operationes.

¶ Plinius lib. xx. Petrosilinum appellant A
quoddam genus apij in saxis natum ad vomi
cas coclearibus binis cum succo marub j ad
cyathum ꝛ aque ca. tribus cyathis precipue.
¶ Diascori. Petrosilinuʒ in Macedonia na B
scitur in rupis vel in speluncis. semen eius est
minutum aneto simile: odoratuʒ ꝛ viscidum ꝛ
aromaticū. Uirtus ē illi diuretica. Mēstruis
imperat. vrinam abundāter prouocat: maxi-
me cum vino datū inflationes stomachi ꝛ colli
compescit desiccando nimis ꝛ calefaciēdo. tor-
tionibus quoqꝫ subuenit. diureticis etiam mi-
scetur antidotis. ¶ Constan. in lib. graduuʒ. C
Petrosilinum dicunt apij genus: qđ calidum
est ꝛ siccū in fine tertij gradus. ¶ Unde Gale D
nus. Petrosilinum inquit cataplasmatū pu-
stulis aut morphee vel scabiei ea mire mūdat.
¶ Semen eius vrinā ꝛ menstrua ꝓuocat. ven-
tositatem ꝛ inflationē dissoluit. valet hydropi
cis ꝛ periodicis febribus. dolorē renum ꝛ vesi-
ce amputat. epar mūdificat: oppilationeʒ ape-
rit: maxime si fuerit in renibus. ventositatē co-
lice passionis dissoluit. Uulue suppositū men-
strua ꝓuocat: secundinam ꝛ mortuū fetum ex-
pellit. ¶ Isaac. Petrosilinum cali. est ꝛ sic. in E
fine. iij. gra. Ideoqꝫ diureticum est: incidens
vrinā ꝛ menstrua prouocās: ac ventositatē dis-
soluens ꝛ inflationeʒ. Cataplasmatū super pu
stulas scabiem ac morpheaʒ miro modo mun-
dificat. vnde fit hydropicis iuuatiuū: ꝛ periodi
cam febrem patiētibus. Renum doloreʒ ac ve
sice placat: qꝛ corporis poros aperit: viasqꝫ ra-
rificat: ꝛ humores extenuādo cum sorde ꝛ vri-
na proijcit. ¶ Epar ꝛ vulnera mūdificat: ꝛ op- F
pilationes eoꝝ aperit. secundinā ꝛ fetum mor-
tuum expellit. Quo etiam potui dato mūdifi-
cat grossos humores. ¶ Platearius. Cōtra G
easdem causas ꝛ eodē modo valet quo peuce-
danum: ꝛ competēs fit domestico salsamentū.
Herbaqꝫ ipsa ibidē posita digestionē confor
tat: ventositateʒ excludit. ¶ Bartholomeus H
in lib. de ꝓprietatibus rerum. Petroselinum

r

est herba hortēsis odorata: sic dr̄ eo q in petris
z locis petrosis sepe oriat. Eius spēs sunt pl'es:
sz optimū est macedonicū suaue gustu z odore.
Itē vt dicit Isido. aromaticū est. vsus eius cō
uenit esui z ēt medicinis. Est enī herba calida
z sicca z multū diuretica: aperitiua: diuisiua: z
cōsumptiua: z appetitus excitatiua. z ideo lapi
dem frāgit: mēstrua educit: hydropicis subue
nit: oppilationes splenis z epatis aperit. z ad
multas alias passiones valet. vt dicūt Plini'
I Diasco. z Pla. ¶ Pandec. ca. cccccclxxxviij.
Petrosilinum qdā ē domesticū: quoddaz
siluestre: qd vocatur macedonicū. de qua infe
rius dicet de S. Sed domesticuz oībus est no
tū. cuius virtus est diuretica. Satis menstruis
imperat. Inflationes stomachi tollit. Calefa
ciendo z siccando tortionibus subuenit. Et ex
eo fit cōpetens salsamētum vnde digestionem
confortat: z ventositatē excludit. Et valet ad
K omnia ad que valz siluestre. ¶ Galienus. viij.
simpli. pharma. cap. petrosilinum. Petrosili
ni semen est maxime vtile. extrahit ab herba. z
similiter radicibus similis. debilioris vero vir
tutis. Est aūt sicut in gustu acre cum amaritu
dine: ita z in operibus: simile tamē in edendo:
L z propterea mēstrua prouocat copiose. ¶ Est
autem z ventositatum destructiuum. erit autē
ipsum tertij gradus calefaciētium z siccātiuz.

Capitulum. cccxli.

Es coruinus latine. grece clinopodiū
p vel clinopodium. Diascorides cap. de
clinopodio. Frutex est sarsamentosa
duobus palmis ascēdens de terra. nascitur lo
cis saxosis. folia habet similia herpillo. z flores
prassio similantem. z alio nomine vocatur pes
coruinus. Galienus. vij. sim. phar. ca. clinopo
dium. calide est virtutis nondum caustice. Est
aūt z subtiliū partium sm substātiaz. Ponet
vtiqz quis. iij. gra. in calefaciēdo z siccando.

Operationes.

¶ Diascori. Herba ipsa bibita z cocta mor A
sibus venenatis occurrit. ¶ De alto cadenti B
bus opitulatur, stranguirijs prestat effectum.
menstruis imperat. aborsum facit potui data.
acrocordinas multis diebus tollit. vrine diffi
cultati tardissimi tēporis medetur. Flos eius
lectipedi similatur: vnde z nomen sumpsit.
¶ Auicenna lib. ij. cap. de pede coruino. Con C
fert solutioni antique. z confert colice. z efficit
operationem hermodactylorum absqz nocu
mento. ¶ Paulus ca. de pede coruino. Me D
detur dolorem iuncturarum confortando mē
brum: z materiam resoluendo.

Capitulum. cccxlii.

Es colūbinus: vel pes colūbi. ē tripli
p cis generis. Est vnuz genus qd vocat
amomū latine z grece: sz arabice ba
menie. z

menie. ꝛ eſt aliud genus habens folia rotunda parua diuiſa magnis ꝛ paruis inciſuris ſtipites ſubtiles ꝛ breues: coloris ſubrubei: habentes nodos raros: in quibus ſunt duplicia folia ꝛ ſemina tria vel quatuoꝛ vel quinqꝫ coniuncta. in medio eſt ſicut acus. Eſt aliud genus qͦ vocatur anagyros, de quo ait Galienus. vj. ſim. pbar. ca. anagyros. Anagyrus frutex eſt fetidus ꝛ acris diafoꝛetice ꝛ calefactiue virtutis eſt. attamen viridia folia ꝑpter humiditatis admixtionē minus acria ꝛ depꝛeſſiua diafoꝛantiū ſunt. ſicca vero inciſiue ꝛ ſiccatiue vehemēter virtutis. ſimilis aūt quodāmō nature eſt ꝛ coꝛtex ipſius radicis. ſemē vero magis eſt ſubtiliuꝫ ꝑtium: ſed etiam vomitiuuꝫ.

Operationes.

A ¶ Galienus. Elixatura ſeminis eius accepta flegma deponit. Oxifabo vno cum mulſa accepto flegma deponit. Oxifabo vno cum mulſa accepto choleram ꝛ flegma deponit. quādo ſumuntur cum aceto in potu attenuāt ſplenē.

B ¶ Et quādo ſuffumigantur cum eis mulieres habentes ſuffocationem matricis confert eis.

C ¶ Et ille fumus excludit ſecundinam. ꝛ quando fumigatur epilenticus excitat eum.

Capitulum. cccxliii.



P Elicinus ſm Diaſcori. herba eſt que naſcitur in triticea ſegete ꝛ oꝛdeacea cum laminis ſiue fibꝛis ſemine plenis amara flauis: baccis ſimilibus. Naſcitur cum plurimis ꝛ tenuibus ramis. folia habꝫ puſilla. ꝛ granula ī folliculis trina ſubruffa ꝛ amara valde: que noſtro idiomate vocatur lupa ria vel faba lupi.

Operationes.

¶ Dicitur conceptum necare ꝛ menſtrua prouocare. hec herbus nominatur ab Alexādro. A

¶ Gal. vj. ſim. pbar. cap. idiaſinum pelicanus vel idiaſinum. huius fruticis ſemen rubicundi coloris eſt. amarum autem ꝛ ſubacerbū apparet. vnde expurgat oppilationes in viſceribus. Idem enīꝫ faciūt rami totius fruticis. B

Capitulum. cccxliiii.

P Eplos ſeu peplum: ſm quoſdam eſt equiuocum ad illud mulierum: ꝛ ad manutergium: ꝛ ad quoddam genus cardui: in cuius ſūmitate naſcuntur quaſi folia ſubtiliſſima: que cum quolibꝫ impulſu venti volant per aera: ſed falſo. quoniam peplos ſm Diaſco. in pꝛopꝛio capitulo. Eſt frutex plena lachꝛymo albo. folia minuta habens ſicut ruta: ſed latioꝛa. Verum omnis frutex obꝛotunda eſt: ꝛ in terram ſpanſa. ſub qbus folijs ſemen eſt minus rotundū ꝛ breuius micone albo. nam multum ſemen habet. Radix eius inutilis eſt. naſcitur vero in hoꝛtis ꝛ īter vites: ꝛ aperte arearuꝫ colligitur: ꝛ in vmbꝛa ſiccatur. ita vt aſſidue moueatur. ¶ Gal. in lib. dina-

midiarum ait: q̄ est esula. ⁊ hoc videt̄ dicere in lib. vij. sim. pharm. Nā dicit Peplus. Quidā aūt unicon .i. papauer spinosū dicūt. ⁊ hic fruticulus opiū h̄z simile titimalo. ⁊ in alijs purgādo similr illi. Pro quo lege cap. clxxviij. de E

Operationes.

A ¶ Diasc. Elixatura seminis eius accepta flegma deponit. Oxifabo vno cum mulsa accepto
B choleram ⁊ flegma deponit. ¶ Et iussellis miscet̄: ⁊ ventrē soluit. Alij in sole cōponunt.

Capitulum. cccxlv.



P Entaphilon. Isidorus lib. x. etymol. Pentaphilon a numero folioꝝ est dicta. vnde ⁊ a latinis quinq̄folium est vocata. herba videlʒ adeo munda vt olim purificationū ⁊ tempus adhiberi a gentilibus eē solita. ¶ Pli. li. xxv. Quinq̄foliū nulli est ignotum. cum etiam fraga gignēdo cōmendetur. Hanc greci vocant camezelon: siue pentapeton: siue pentaphilon. rubeā habet radicē cum effoditur. Hec marcescēs nigrescit ⁊ angulosa fit. Nomen a numero folioꝝ habet. Et ipsa herba incipit ⁊ desinit cum vite: aduersus serpentes medicat̄. ¶ Diasc. cap. Pentaphilon aut pentaptes aut pentascon h̄z hastas seminie plenas ⁊ longas duobus palmis: in quibus semen est. folia h̄z mente similia: ⁊ in q̄nq̄ partibus diuisa: singula folia in singulis hastis florem viridem habent. Nascitur in locis humidis ⁊ in vijs. Radix est ei rufa ⁊ oblonga. ¶ Plinius. Pentaphilon quinq̄foliū a numero folioꝝ dicta. vnde ⁊ eam latini quinq̄folium a numero foliorum vocant.

Operationes.

¶ Pandec. cap. cccccc. Elixatura eius decoctus ad tertiam dolorē dentium mitigat ore retēta: ⁊ quasi gargarismo adhibita. putredinem oris tollit: asperdinē arteriarum disseuit. ventrē stringit. dysentericis necesse adhibet̄. artericis ⁊ sciaticis prestat effectū. A
¶ Elixatura cū aceto in cataplasmatibus adhibita: herpetas curat. scrofas spargit. duricies ⁊ tumores medendo soluit. ignē sacrū extinguit. apostemata ⁊ panaricia imposita ad sanitatē perducit: cōdilomata soluit. scabiē tollit. B
¶ Succus radicis ei⁹ acceptus causas epaticas ⁊ pulmonis ꝯponit. potionibus venenatis occurrit. Folia eius cū hydromelle aut vino bibita addito pipere: quartanarijs remediū est. si tamē quatuor folia biberint. tertianarij vero tria cū aqua sola. effimerans vero vnū. C
¶ Epilenticis vero accepta ⁊ triginta diebus prestat effectū. Succus vero folioꝝ eius ictericis maxime presidium est cyathis tribus acceptis. Vulnerib⁹ ⁊ fistulis prestat sanitatē. sterocelicis remediū est bibita. ⁊ cataplasmatibus ꝓfluentem abstinet sanguinē. Templis honori addit̄. ⁊ domibus posita expiamētum est. Radix eius calida est nō abundanter ⁊ nimis acris. ⁊ ideo vtilissima est ad ventris fluxum: ⁊ dentium dolorem. D
¶ Galienus. viij. sim. phar. cap. de pentaphilon. Pentaphilon herbe radix siccat quidem fortiter ⁊ nimiuʒ vero ⁊ acris. ꝓpter qđ in multis est: sicut ⁊ omnia alia quecunq̄ subtilium partium: etiam siccant absq̄ mordicatione. Est autem radix siccatiua ex tertio iam gradu: minime vero caliditate manifesta participat. E
¶ Auicenna lib. ij. cap. pentaphilon. Pentaphilon noīatur quinq̄foliū. ⁊ est fortis exiccationis sine acuitate ⁊ adustione ⁊ mordicatione: ⁊ fit ex eo emplastrū ad fluxū ⁊ sedat ipsuʒ. F
¶ Et fit ex eo emplm̄ ⁊ sedat ⁊ dubelet ⁊ scrofulas ⁊ duricies flegmaticas: decoctio radicis ei⁹ valʒ ad vlcera deābulātia: ⁊ qđ de eo coctū est cū aceto ꝓfert herisipilis ⁊ panaricijs ⁊ scabiei. ⁊ ꝓfert dolorib⁹ iūctura pꝛ sciatice: ⁊ ꝓfert ranicā bibit⁹: ⁊ more empli suppositus. ⁊ valʒ ad alcola. G
¶ Et folia eius cū vino valēt ad epilentiā accepta ⁊ bibita decē dieb⁹. Succus radicis eius valet ad dolorē epatis ⁊ pulmonis ⁊ ictericiam: H

icterіciam: cum bibitur per aliquos dies.
I ¶ Radix eius confert consolidationi ꝛ vlceri-
bus intestinorum: ꝛ hemoroidis ꝛ similiter de-
K coctio eius radicis. ¶ Folia eius cum vino cō-
ferunt quartane ꝛ quotidiane. succus radicis
L eius est medicina permitiosa. ¶ Plinius lib.
xxv. c. Pentaphilon. Ipsa herba incipit ꝛ de-
finit cum vite: aduersus serpentes bibitur: ꝛ
eius radix que spargamon vocaꝛ ex albo vino.
M ¶ Idem lib. xxvj: Quinquefolij succus iecco-
ris ꝛ pulmonis vitijs sanguinemqꝫ reijcienti-
bus: ꝛ cuicūqꝫ sanguinis vitio occurrit. Quin-
qꝫfolium medetur pectoris vitijs: vel ei quod
grauissimum est tussi.

Capitulum. cccxlvi.

Eucedanum grece. arabice herbatu
P rum: vel herbatutis. Latine cauda
porcina. Serap. lib. aggre. cap. Her-
batutis. aucto. Diasc. Est planta habēs folia
similia plante capsie. ꝛ habꝫ velut capillos ad-
herentes prope radicem: ꝛ stipites similes plā-
te maratri: ꝛ habet florem citrinū. Radix eius
est de foris nigra: deintus alba: grauis odoris
grossa. plena humiditate. nascitur in mōtibus
ꝛ vmbrosis locis: ꝛ obumbrātibus arboribus.
Radix qdem eius scinditur cum cultello dum
est recēs: ꝛ extrahitur humiditas que est in ea
ꝛ ponitꝛ in vmbra: qꝛ virtus eius debilitatur a
sole: ꝛ quādo colligitur humiditas accidit eis
qui eam colligūt soda: ꝛ obscuritas visus: nisi
ponatur in naribus suis oleum rosaruꝫ: ꝛ fun-
dat ex eo super caput suū: quādo vero extracta
fuerit humiditas a radice illa: postea nō rema-
net in eo aliquod iuuamētum. extrahitꝛ humi-
ditas ēt a stipite eius: sicut extrahitꝛ succus ra-
dicis mandragore. sed virtus eius est debilior
virtute humiditatis: que extrahitur ex radice.
Nam virtus eius velociter resoluitꝛ. Reperitꝛ
aūt gūmositas adherēs radici similis olibano.
Et melior ex isto succo huius plante est ille qui
deferꝛ a terra que dicitꝛ sardinia. ꝛ ex terra que
dicitur sarinabachi. Et est grauis odoris. ꝛ
in colore suo est rubedo: ꝛ mordicat linguam
quādo gustatur. Et melior radix est noua non
corrosa dura puri odoris. ¶ Gal. viij. simpli.
pharma. cap. de Peucedano. ſm translatio-
nem arabicam. Plurimuꝫ qd̄ administratur
lachrymus ꝛ succus eius: ꝛ omnium. virtus est
vna: nisi qꝛ lachrymus est fortioris virtutis. ꝛ
virtus eius est que calefacit calefactione forti.
vnde resoluit subtiliat ꝛ incidit.

Operationes.

¶ Serap. auctori. Diasco. Lachrymus eius A
mixtus oleo rosarū ꝛ aceto capiti fomēto adhi
bitus: letargicis ꝛ phreneticis medeꝛ. stomati-
cis ꝛ epilenticis plurimū prodest. ¶ Dolorem B
capitis mitigat. sciaticis ꝛ contractis ꝛ paraly
ticis maximū presidium est. oēs neruorum cau
sas cum oleo ꝛ aceto perunctus componet.
¶ Ori matricis fumigio applicatus offocatio- C
nes stericas soluit: somnū plurimum dormien
tibus ꝓhibet. fumigatione sua domi serpētes
excludit. ¶ Oleo rosarū admixtus dolorē au- D
rium tollit. Iniectū foramini dentis dolorem
nō admittit. ¶ Tussientibus opitulatur. Ouo E
sorbili additus ꝛ acceptus: disnoicis ꝛ tortio-
nibus prestat effectū: vētrem leuit: splenem at-
tenuat. dolorēꝫ stomachi compescit. ¶ Dolo- F
rem vesice ꝛ renum bibitus ꝓhibet. matrici sa
lutaris est: prestando eustomatica. Radix eius
ꝛ elixatura eius omnia similiter istis facere po
test. Fomento adhibita vulnera curat. ¶ Ra- G
dix eius sicca ꝛ imposita id facit: ossa fracta ex-
cludit. Vulneribus antiquis cicatrices ducit.
cerotis necesse misceꝛ. Similiter ꝛ malagma-
tibus termanticis. ¶ Radix eligēda est odore H
suauis fortis ꝛ nō vetus. Lachrymus eius cō-
fectionibus misceri potest: maxime si amygda
lis amaris rute ꝛ aneto calido triticeo admix-
tus fuerit: ꝛ sic dari potest. Iteꝫ radix eius vul
nera antiqua purgat ꝛ incarnat: ꝛ incensa vi-

I peras ⁊ serpētes fugat. ¶ Gal. Peucedanus cōfert egritudinibus neruoꝝ ⁊ egritudinibus que accidūt pectori ⁊ pulmoni ab humoribus grossis ⁊ viscosis que sumit̄ in potu cū vino: ⁊ fit fumigiū cū eo. ⁊ attrahit odorando eger fu
K mū eius: ⁊ facit idem. ¶ Et quādo ex eo ponit̄ in corrosionibus dentium sedat dolorē eoꝝ statim: qm̄ subtilium partium est. ⁊ curat dolorē splenis incidēdo ⁊ subtiliando grossos humores. Radicis vero calefactio est minor. ⁊ desiccatio eius est fortis. Ipsa nāq3 calefacit in principio tertij gradus. Et virtus eius est que abstergit ⁊ incarnat: ⁊ pōt administrari oībus su
L pradictis. Et qn̄ ponitur super os cuius corticem volumus expellere: expellit eū cito ⁊ incarnat ipsum. cōuenit multū vlceribus fraudulētis malis. qn̄ desiccatur terit̄ ⁊ puluerizat̄ sup ea: eo q mundificat ⁊ replet carnem ⁊ consolidat.
M ¶ Pla. Peucedanū ē herba ca. ⁊ sic. alio nomie feniculus porcinus appellata. Hui⁹ radix in medicina poni d3: q2 ꝑncipalr̄ ſm radicē secūdario ſm herbā effectū h3. Radix collecta p annū vel ēt ꝑ duos seruat̄: s3 meli⁹ est vt annis
N singulis renouet̄. h3 virtutē diureticā. ¶ Cōtra strāguiriā ⁊ dissuriā ⁊ oppilationē splenis ⁊ epatis dat̄ vinū vel aqua decoctiōis ei⁹. Herba ēt ipsa decocta in vino vl̄ oleo ⁊ pectini cataplasmata: fomētū ꝺcoctōis ei⁹ mēstrua ꝓuocat.

Capitulum. cccxlvii.

P Ersicus. Isidorus in libro etymologiarum. Persicum dicitur eo q eius arborē ꝑmus in egypto seruit. Persis. a quo se oriundus ferebant Ptholomei. Hec in Persia fructum generat interfectorium. Apud nos autem suauem ⁊ iocundum. Est enim arbor feminini generis ꝑsicus. Persicum autem neutri generis. Itaq3 Persicus arbor est cui breuis admodū vita concessa est.
Trium generum esse fertur, Duracenus ⁊ ēt Armeniacus ac Persicus. Duracenus est nuncupatus: eo q in gustu acorem referat pomum eius. Armeniacus: eo q primum adiectum sit ab Armenia genus eius. Persicus quid sit iam dictum est supra. ¶ Plinius libro. xiij. Egyptus persicam arborem sui generis habet Piro similem folia retinentem. Huius fertilitas est assidua subnascente crastino fructu maturitas ethisiarū afflatu. Pomum longius piro inclusum amygdale putamine ⁊ corio: colore herbido. sed vbi nux illi: huic pomum differens breuitate ac mollicie. Et quāuis blandiatur predulcis suauitas non tamen innocuum. Materies vero bonitate firmitudine: nigricia quoq3 nihil differens a lotho. ¶ Idem in libro. xv. Persice arbores sero ⁊ cum difficultate transierunt ad loca remota a perside. ut que in rhodo nihil ferāt: quod primum ab Egypto earum fuit hospicium. ¶ Pādecta capitulo. xxv. Alkanedi vel alsabora Arabice. persicum Grece. vel milea persica. Latine vero persicum. ¶ Diascorides. capitulo de Persicis. Persica eustomatica sunt. ¶ Serap. libro aggrega. ca. Alkanedi. In sapore arboris persici ⁊ ramorum ⁊ foliorū est amaritudo: ⁊ abstergit ⁊ resoluit. ¶ Auicenna in libro secūdo. capitulo de ꝑsica. Persice sunt frigide in fine secundi gradus. humide in primo: in fine tamen eius.

Operationes.

¶ Diascori. Persica molliunt ventrem maxime si matura fuerint. Immatura vero abstinent ventrem maxime si sicca fuerint. A
¶ Elixatura eorum rheuma stomachi ⁊ ventris compescit. Folia eius cōstrictiue sunt virtutis: que siccata atq3 locis patiētibus aspersa fluorē sanguinis cohibēt. Microcera. i. minora persica eustomatica sunt. ⁊ fastidium tollūt melius q̄ supradicta. vt in sequenti capitulo. B
¶ Serapion. In folijs ⁊ ramis Persice est amaritudo. Et ideo quando teruntur occidūt lumbricos. ⁊ ponuntur supra vmbilicum. C

¶ Matura

D ¶ Matura ex eis sunt bona stomacho: et molliunt ventrem. Immatura vero cõstringunt: et quando desiccantur stringunt fortius. et decoctio persicorum quando bibitur confert humiditatum cursui ad stomachum: et quando siccata pulverizant super locum vnde fluit sanguis abscindunt eum. ¶ Et idem auctoritate
E Aben mesuay. Quando teruntur folia eius: et exprimitur et bibitur: expressa illa eijcit ascarides cum fluxu. Et quādo succus foliorum eius
F iniicitur in aurem occidit vermes qui sunt in ea. Et quando linitur super pectinē abscindit ardorem psilotri. Et oleum nucleorum persicorum confert dolori aurium quando linitur
G cum eo. ¶ Et idem auctoritate Mesuehebe. Persica removent sitim factam a caliditate: et fetorem oris. et confortant stomachum.
H ¶ Galienus. Arbor ipsa persicorum in pullulationibus et frondibus dominantem: habet amaram qualitatem: et ppterea eius folia lumbricos interficiunt cum terunt et vmbilico apponuntur. Et aliquādo diaforeticus est pharmacum. fructus vero eius qui est esibilis vocatur persicum. humide est et frigide complexio-
I nis. ¶ Avicenna. Persica que hu. sunt velocis sunt putrefactionis lenificativa: et in ipsis est stipticitas aliquātula. sed ex eis stiptica sunt ea que sunt incisa et secata. et in ipsis est prohibitio cursus. et in sua natura sunt stiptica.
K ¶ Et folia eius quando ex eis fit linimentum abscindunt ardorem psilotri: et distillatur succus foliorum eius in aurem et interficit vermes.
L ¶ Et confert oleum nucleorum eorum emigranee: et doloribus auris calidis et frigidis. et per-
M fica sunt bona stomacho. ¶ Et in eis est virtus faciendi appetitum cibi. et oportet quidem vt non comedantur post alium cibum: quia corrūpuntur post eum: et corrumpuntur ipsum: sed precedant ante cibum omnem: et ea que sicca sunt: tarde digestionis sunt: et nō sunt boni nu-
N trimenti: quia sunt plurimi nutrimēti. ¶ Et idem in quarto cap. de quartana ait. quod valent
O contra quartanam de cholera adusta. ¶ Galienus libro. ij. de cibis. cap. de persicis ait. Aidi et hanc arborem in Alexandria magnam. Narrant aūt fructum eius sic pravū existere in
P persidē: vt perimat comedētes: in Egyptum autem delatum esibilem fieri: cōsimiliterque cō-
Q medi: vt pira et poma. Et quorum fm magnitu-
R dinē est que siue poma volueris siue milea siue persica fructum istum: siue simpliciter. persica eodemque modo modernis grecis: siue aliqd aliud antiquum velis querere in ipsis licebit tibi hoc agere in multo studio. iam aūt scias vtilius nominibusque et horum succus velut caro facile corruptibilis est. etenim quibus prius: quare nō oportet sicut qdam post aliud alimentū offerre eorum
S punt enim supnatantia. ¶ Memimisse aūt oportet huius qd est cōmune in omnibus quecūque cachochima humidaque et lubrica et faciliter subire potentia. et propter hoc comedere ipsa priora alijs. sic enim ipsa celeriter subeunt: et alijs viam faciunt. vltima autē assumpta simul corrumpunt. et alia virtus eorum est frigida et hu.
T ¶ Et idem lib. vij. de simplicibus medicinis. cap. de Persico. Milea persica. id est persicum
V que vocatur assuete ab omnibus iam persicum solum dicentibus hoc similea.

Capitulum. cccxlviii.

Persica siue melapersica siue microcetta grece. Arabice Cesimes vel hesimes vel chrysomala. Latine vero Cozula vel barioccha. Pandecta cap. clix. Melapersica fructus iste est omnibus notus.

Operationes.

A ¶ Serap. lib. aggrega. cap. Hesimes. Virtus eorum est frigida et humida in. ij. gradu. Nā proportionant persicis. Et idem aucto. Alcanci. Larant cholerā: et generāt humores grossos.
B ¶ Et idem auc. Rasis. Quidā patiebatur fumositates ab aliquo humore existēte in stoma-

cho suo: et dedi sibi aliquibus vicibus de chrysomalis recentibus: et sedatus est ille fumus. Et ego non credo quod reperiatur cibus aliquis frigidior et magis iuuatiuus stomacho calido quam
C ipsa: et ideo fastidium tollunt. ¶ Auicenna lib. ij. ca. de chrysomalis. Meliora sunt armena. non enim cito aduenit eis corruptio et acetositas. et cum sumunt chrysomala oportet vt accipiatur masticis et ani. si equaliter. ʒ. j. vsque ad. ij. cum vino puro: aut vino de passis paruum et mellis. Sunt frigi. et humi. in. ij. et oleum nucleorum eorum est calidum et siccum in. ij. Eorum humor est facilis putrefactionis. et eorum infusio
D sedat sitim. ¶ Et chrysomala quidem sunt conuenientiora stomacho quam persica: et armena non corrumpuntur in stomacho. neque acescunt velociter. Ex eis vero que expellunt eorum nocumentum est: vt primo sumatur anisum et mastix cum miva aut vino de passis: et conficiantur cum melle puro. oleum nucleorum ipsorum etiam confert hemorroidis. grauant chrysomala propter velocitatem sue putrefactionis verum in-
E fusio succorum confert febribus antiquis. ¶ Joannes mesue in antidotario suo. Oleum de chrysomalis sedat dolorem ani et hemoroidarum. et resoluit tumores vlcerum: et impedimentum lingue:
F et dolorem aurium. ¶ Rabbi moyses. Cesmi filius est ferule: habens semen album simile lenticule.

Capitulum. cccxlix.



p Ersicaria. Pandecta. Persicaria dicitur: eo quod folia similia persicis habet: iuxta aquam nascitur. Duas habet species. vna in medio folio maculam fuscam habet. alia caret macula: et illa adustiua est valde. quidam piper aque putauerunt.

Operationes.

A ¶ Diasc. Uirtus eius est que infrigidat infrigidatione vltima. Pau. Folia eius sicca: vel succus foliorum eius vel semen eius elixum et bibitum cum melle ptisicis et tussientibus et asmaticis prodest. ¶ Idem. Febribus pestilentialibus miro modo iuuat. B

Capitulum. cccl.

p Ersoliata siue herba vmbilicorum. Ista herba habet folia similia salute. Et folia circundant se ramis. Nascitur in locis harenosis et saxosis.

Operationes.

¶ Pulueres foliorum cum vino sumantur curant herniam. Herba super vmbilicum posita curat eius vlcerationem. ¶ Et consolidat vulnera cataplasmatibus adhibita. ¶ Ista herba valde curat vmbilicum puerorum cum elongatur superposita et emplastrata. A B C

Capitulum.

Capitulum. cccli.

p Remula veris. Pandec. Premula veris siue artetica idē. Et ē herba sicut cōsolida minor: nisi q̄ habꝫ folia quasi nigra ⁊ pinguia cum flosculo celesti.

Operationes.

A Medet̄ doloribus articuloꝝ: ⁊ ē ca. ⁊ sicca.



Capitulum. ccclii.

p Epo. Papias. Pepones crescūt in similitudinē cucurbite. frigidi sunt: difficile digeruntur.

Operationes.

Plinius lib. xix. Cucumeres cum magnitudine excesserūt: pepones vocant̄. Mire oleū oderūt: nec minus aquas diligūt. desecti quoqꝫ ad eas modice distantes arrepunt: aut si q̄d obstet: vel si pendeāt curuantur. Idqꝫ vel vna nocte deprehendetur. Si vas cum aqua subijciatur a quatuor digitorū interuallo ante posterum diem descendentibus: ac si oleum eodē modo sit in hamos curuatis. A

Idem. In fistula flore dimisso mira longitudine crescunt. noua eoꝝ forma in campania mali citonij effigieqꝫ. B

Idē li. xx. Pepones maxime in cibo refrigerāt ⁊ emolliunt aluū. Caro eoꝝ epiforis oculoꝝ aut doloribus imponit̄. Cōtra vomitiones siccant̄ ⁊ in forma tusa datur ī aqua mulsa quatuor obulis: ita vt qui biberit q̄ngētos postea passus ambulet. Cortex quoqꝫ vomitionē mouet: faciem purgat. hec ⁊ folia cuiuscūqꝫ satiui illita cū vino canis morsus hos coctos deraso cortice ex oleo aceto ⁊ melle iocūdiores esse certū est. C

repiꝛ. vel qꝛ pōticū bz saporē. ⁊ reu tm̄ est dice-
re q̄tuz radix. ¶ Diasc. ca. de reupōtico. Reu
ponticuz nasciꝛ in bossoro. ⁊ sic a grecia venit.
cui9 folia magna sunt similia folijs simphiti.
radix ē aliquatenus vasta ⁊ nigra. Vasta silia
centauree. sz breuior est fragilis ⁊ leuis in pon-
dere sine odore. ⁊ gusta amara leuiter ⁊ strin-
gēs: ⁊ si masticeꝛ fit glutinosa ⁊ crocei coloris.

Operationes.

¶ Diasco. Vires efficaciter bz stringētes. Et A
iđ fomēto iposita inflatiōes desiccat: ⁊ vulnera
glutinat: ac sanguinis abūdantiā reprimit. bz
in se magnā subaui tēperādi: qꝛ tenet in se ter-
reni frigoris ⁊ caloris ptez. ⁊ leptomeris est ad
asma. ergo reumatica ⁊ orthogonia iuuat po-
tata. liuores ⁊ empetigines sanat cū aceto illi-
nita. ⁊ potata emoptoicis ⁊ dysentericis pdest.
sz bona est q̄ nō est ptusata. In gustu muscilla
ginosa modicū submordax. bibita īflationē sto
machi tollit. Laritudinē ⁊ dolorem stomachi
spleneticis ⁊ epaticis pdest. ¶ Cōquassationē B
corpis reficit. De alto cadētib9 subuenit. Neu
phreticis ⁊ tortionib9 ⁊ thoraci ⁊ hypocūdrijs

salutare est. Stericas ⁊ sciaticas causas cōpe-
scit. Sanguinē reiicientibus vtilr adhibet. As-
C maticis pdest. ¶ Subglutientibus vtilr adhi-
bet. Ciliacis ⁊ dysentericis frigoribus typicis
singulare p̄sidiū est. Morsibus venenatis oc-
currit silr vt agaricus dat in oibus causis. Ter
nas limpidat ⁊ liuores cū aceto īposita. silr cuꝫ
aqua liuores oēs tollit. Virtus est ei termanti-
D ca ⁊ paulo stiptica. ¶ Paulus ca. de reuponti
co. ca. est ⁊ sic. in. ij. gra. Virtutem hꝫ mūdifi-
candi cōfortādi ex pōticitate sua: ⁊ diureticam
ex qualitatibus. Aqua decoctionis eius soluit
oppilationē splenis ⁊ epatis ex frigida cā. cero
tuꝫ ex puluere eius ⁊ oleo rosaꝝ ⁊ cera valet cō
tra debilitatē stomachi. Puluis eius lumbri-
E cos eius occidit. ¶ Isido. li. etymol. Reupon-
ticū sanguinis abūdantiā reprimit. hꝫ in se ma-
ximā tēperandi subām: q: retinet in se terreni
frigoris ⁊ caloris ptēs. Et ēt leptomeris vnde
potata ad spasmata rheumatica iuuat. Et le-
uiores empetigines sanat. Splenē reprimit: ⁊
luxuriaꝫ tollit. cū aceto bibita emopto. ⁊ dysen
F tericis est iuuatiua. ¶ Bibita quoqꝫ sto. infla
tionē eiusqꝫ lassitudinē phibꝫ ac dolorē. splene
ticis ⁊ epa. pficit. ꝯquassatiōib⁹ corpis reficit:
ac ō alto cadētib⁹ subuenit. lūbis ēt ⁊ tortiōib⁹
G toracis ⁊ hypocūdrijs ē salutaris. ¶ Stericas
⁊ sciaticas cās cōpescit. sāguinē reiiciētib⁹ ad-
hibet vtilr: asmaticis subglutiētib⁹ pdest.

Capitulum. cccxci.

Esina. Isido. lib. xvij. Resina est la-
r chryma sudore lignoꝝ exalata vt bal
sami feralupini ⁊ lentisci ⁊ arborum ⁊
virgultoruꝫ: que sudare perhibent. Reyn enī
grece emanare dī vel sudare sicut ligna odori-
fera oriētis. sicut gutta balsami aut ferularū.
quaruꝫ gutta durescit in gemmā. s. in electrū.
Prima autē resina dicit terebēthina. ⁊ est pre
stantissima pre alijs. ⁊ defert de arabia: iudea:
syria: cypro ⁊ africa: ⁊ ab insulis maris. Secū
da est lentiscina que mastix vocat. hec de chio
insula deportant. Tertia est pinealis. ⁊ hec nūc
est liquida: nunc dura inuenit. ¶ Itēꝫ Isido.
Resina igitur dicit quodlibet gramē liquidū
vel aridum liquida resina vt balsami ⁊ terebē-
thina. dura vt mastix thus myrrha ⁊ huiusmo
di. Omnis autē resina primo est mollis ⁊ liqui
da vel viscosa. sed in prima sui emanatione ⁊
aliqua remanet liqda ⁊ aliqua calore vel frigo
re indurat. omnis aūt resina est vtilis in medi-
cina. ⁊ ideo resina posita ī nobilibus antidotis
⁊ vnguētis. Operationes autem ⁊ virtutes re-
sine singuloꝝ quere in locis suis.

Capitulum. cccxcii.

Ibes. Pandecta. dcvij. Ribes qui-
r dam dicunt ꝙ est acetosa. ⁊ quidā di-
cunt ꝙ est coccus. sed falso. quoniam
coccus non est acetosa: qm̄ Mesue facit scino-
tim capitulum de rob de ribes. ⁊ capitulū de
rob de

rob de acetosa. Silr vbi ponit cap. de rob de ribes ait: q valet sicut rob de acetosa. Item nõ est coccus: qm coccus est cal. 7 sic. cõplexionis: s3 ribes sunt fri. 7 sic. ¶ Albani. Ribes est plãta stipitẽ habens rubeu3 ad viriditatem declinem tenerũ. folia rotunda viridia nigra. cuius granũ potaf de corasceni aridi saporis: de quo fit rob 7c. Nos autẽ loco eius succum acetose que est lappacium agreste ponere possumus. Serap. lib. ag. cap. ribes. auct. Isaac benarã. Ribes est plãta hñs capreolos recẽtes rubeos ad viriditatẽ declinantes. 7 h3 folia magna rotunda viridia. 7 h3 grana quo sapor est dulcis cũ acetositate. Et ipsa est fri. 7 sic. in. ij. gra. Et signũ sup hoc est acetositas ei⁹ 7 stipticitas. Et ex hoc stingit q infrigidat stomachũ. Et aliq dicunt q est fri. 7 sic. in. iij. gra. Nascitur autẽ planta ista in mõtibus syrie frigidis niuosis.

Operationes.

A ¶ Serap. Ipsa abscindit sitim: 7 confert speciebus hahaon. i. morbilli. 7 abscindit sitim q̃
B fit a caliditate corporis: 7 retinet fluxu3. ¶ Et cõuenit speciebus bothor que fiunt in corpore
C sicut variole 7 similia. ¶ Et puocat appetitũ: 7 incorat stomachu3 sua frigiditate. 7 abscindit sitim a cholera 7 fluxu3 vomitũ: 7 rob eius cõfert cardiace 7 vomitui 7 fluxui: qui fit a cho
D lera. ¶ Et prouocat cibi appetitum. 7 in rob
E eius est dulcedo 7 acetositas. ¶ Et idem auctoritate Aben mesuay. Frigi. est 7 sic. in. ij. gra. 7 rob eius est sicut rob acetositati citri 7 agreste in virtute: 7 est bona hemoroidis 7 ebrietati. 7 putãt aliqui medicoꝝ q sit illa que nominatur acetosa 7 lappaciu3. 7 putauerũt aliqui q sit granatum acetosum: qđ affertur ex corasceni. licet omnes decipiantur.

Capitulum. cccrciii.

r Isi. Pandecta. cap. lvij. Arz. arabice. grece ozora. latine vero risi. Galienus primo de cibis. cap. de riso. In sapore eius est stipticitas. 7 ideo retinet ventrem retentione temperata. 7 in cortice eius est rubedo magis manifesta q̃ in ipsomet: aut in reliquo corpis eius. 7 minus nutrit q̃ frumentu3. ¶ Et idẽ. vuj. sim. pharma. ca. orosa. Orosa. i. risum habet quid stipticũ: quo circa ventrem moderate detinet. ¶ Et ide3 libro predicto de cibis. Hoc semine omnes ad restrictionẽ ventris vtuntur delectationẽ ipsius similẽ facientes condro. Est autẽ indigestibilius condro: 7 nutriens minus. sicut 7 ad delectationem edulij deficiens ab ipso plurimum.



Operationes.

¶ Serap. lib. aggre. capi. Arz. id est risum. A
Sũt calide 7 sicce cõplexionis in pmo gradu. ¶ Almansor tractatu tertio. cap. arz de riso. Risi temperiei que est inter calidũ 7 siccũ vicinum existit: 7 ventrẽ stringit. Solutis autẽ colicam pati nocet: eo q licet nutriat de ventre: tamẽ non facile descẽdit: nisi coquaf cum aliquo multũ vnctuositatis habẽte: qđ quãdo cũ lacte coquaf 7 cũ zuccaro comeditur plurimu3
nutrit atq3 sanguinẽ augmẽtat. ¶ Itẽ Sera. B
Quãdo sani egent pultibus eius propter punctiones quas habẽt in ventre. aut ppter fluxu3 multoꝝ humorum super quos vincit cholera: aut aliqua alia de causa simili huic. coque risi quousq3 dissoluanf: 7 fiant sicut aqua kist 7 da in potu: hõra cõuenientior vsus eius tẽpus est humidũ: 7 quãdo stomachus est fortis virtu-
tis ad cibos. ¶ Et idem auctoritate Diasco. C
Et pauci nutrimenti stringit ventrem. auget sperma: 7 minorat feces 7 vrinã 7 vẽtositates. Est enim completũ in stipticitate. 7 ideo est bonum vlceribus intestinoꝝ 7 punctionibus coꝝ quãdo bibitur. aut fit cum eo clystere: 7 rubeũ
est constrictiuum plus. ¶ Isaac. Risi natura D
calidum est in primo gradu. siccum in secũdo. Aliquando mola teritur: eiusq3 farina sicut tritici coquitur. 7 valet his qui morsionem in

stomacho ⁊ intestinis patiuntur. integruz autem
cum aqua coctum valet ad cholericam dia-
riam. Cuz lacte amygdaleo coctum constipa-
tionē suam amittit: ⁊ perfecte nutrit. Sangui-
nem bonum generat si cū eo vel aqua eius len-
tigines laues. aufert eas: ⁊ cutem mundificat.
E ¶ Constantinus in pantegni. Risum calidū
est in primo gradu. siccum in scdo. Unde ven-
trem stringit: nō tamē multum: nisi mixtuz sit
ibi milium. lotum quoqz ⁊ cū butyro ⁊ amyg-
daleo coctum: non est ventris cōstipatiuū: sed
mitigat dolorē stomachi: ⁊ ardorem intestino-
rum. Huius nutrimentū temperatū est ⁊ dige-
stiuum: si cum lacte coquit: constipationem fa-
F cit: sed humectat ac nutrit. ¶ Auicēna in se-
cundo canone. Risum calidum est ⁊ siccū. Nu-
trimentum prebet multum: tarde infrigidat:
⁊ in ipso est abstersio. Decoctū cum aqua strin-
git vsqz ad terminū. Et in spermate facit aug-
G mentum. ¶ Idem in quarto canone. Cortex
risi venenum reputatur. Et enim quidaz pri-
moruz dixerūt ei cui in potu datur: accidit sta-
tim dolor in ore ⁊ in lingua: ⁊ ipsa lingua apo-
stematur. deinde dolor in vmbilico extenditur
⁊ stomacho: intestinisqz eius. Totūqz corpus
inflāmatur. curatur cum curatione cantariduz.
Oportet autem q in oleo eius quod ipse in po-
tu sumit atomia sint decocta.

Capitulum. cccxciiii.

r Obelia. Isaac. Robelie frigide sunt
in primo gradu medie inter humida
⁊ sicca. Cortex earum stipticus est.
¶ Actor. Iste sunt videlz robelie. sicut dixi-
mus paulo supra. que a nōnullis medicorū no-
strorum estimantur esse pisa.

Operationes.

¶ Isaac vt supra. Cortice eius mundate lau- A
dabiles generant chimos. Nec inflationē aut
ventositatem faciunt vt fabe. Ad vsum eden-
di bone sunt in estate ⁊ in calida regione.
¶ Cataplasma ex eis membris fractis appo- B
situm solidat ⁊ dolorem aufert.
¶ Ius ex eius velut ex faba factum valet ad C
cardiasim tussim ⁊ dolorem pectoris.

Capitulum. cccxcv.



r Ododendron. Isidorus. Rododen-
dron corrupte vulgo lorandrum vo-
catur: eo q folijs lauri sit similis: flore
vt rosa. Arbor enim venenata est. interficit enim
altera: ⁊ medetur serpentuz vexationibus.

Operationes.

¶ Plinius li. sextodecimo. Rododendron vt A
nomine apparet a grecis venit. Alij nerim vo-
cauerunt. Alij rodophanem vocauerūt. fron-
de sempiternuz rose similitudine caulibus fru-
ticosum. Iumētisqz capris ⁊ ouibus venenū.
Idem

Idem tamen est homini contra serpentum ve-
B nena remedium. ¶ Idem libro.xvij. Rodo-
dendron seritur propagine: sicut etiaʒ semine.
¶ Idem lib.xxiiij. Rododendros ne nomen
apud nos inuenit latinuʒ. sed radophonem vo-
cant aut nerium. Mirūqʒ folia esse quadrupe-
dum venenum: homini vero contra serpentes
presidium addita ruta ⁊ vino pota. Pecus et
⁊ caper si aqua biberint in quo folia ea madue
rint: huiusmodi mori dicuntur.

Capitulum. ccccvi.



Robur. Actor. Robur: sm Isidoꝛuʒ:
generaliter dicitur ex omni materia
quicquid est firmissimuʒ. Nihilomi-
nus tamen ⁊ arboꝛ quedam hoc nomine nūcu-
patur: de qua frequēter Plinius loquitur.

Operationes.

A ¶ Plinius libro.xvj. Robur est glādifera si-
cut ⁊ quercus ac ilex: preter fructum ⁊ alia gi-
gnit plurima: fert enim ⁊ galle genus vtrūqʒ.
Et quedam veluti moꝛa: nisi distarent arida
duricie. plerunqʒ caput imitantia tauri qbus
inest fructus nucleis oliue similis. Nascuntur
⁊ in eo pillule nucibus nō absimiles intus ha-
bentes flocculos molles lucernarum lumini-
bus aptos. Nam ⁊ sine oleo flagrāt: sicut gal-
lia nigra. Fert ⁊ aliam vtilem pillulā cum ca-
pillo. verno tempoꝛe tamen melligeni succi.
B ¶ Gignunt ⁊ alij amoꝛuʒ eius pillulas coꝛpo-
ri non pediculo adherētes candicantes vmbi-
licis. Cetera nigra varietate dispersa. Media
cocci coloꝛem habent. C ¶ Aliquando ⁊ culices
gignit. Necnon ⁊ e folijs cōuolutas pillulas:
⁊ in folio rubentes. Aquosos nucleos candicā-
tes ac translucidos quādiu molles sint: in qui-
bus ⁊ culices nascuntur. Maturescunt mirū i
modum: ferunt ⁊ roboꝛa cancri pillulaʒ in me-
dicina vim vrendi habentem. Is crescit hye-
me. aperitur vere pillula tota: caditqʒ cum fo-
lia crescere ceperint. Tam multi fera sunt: ⁊
tot res preter glandē roboꝛa paruum. Sed ⁊
boletos squillosqʒ nouissima irritamenta gu-
le: quę circa radices nascuntur. D ¶ Roboꝛa
quoque viscum ac mella ferunt: vt auctoꝛ est
Hesiodus. constatqʒ roꝛes melleos ⁊ celo ca-
dentes non alijs magis insidere frondibus.
Cremati quoque roboꝛis cinerem introꝛsum
esse certum est. Scandula quidem e roboꝛe fit
aptissima: mox e glandiferis alijs: sed minime
durans preterꝙ̄ e pino. Montes ⁊ valles dili-
git. robur castanea ⁊ abies. Sunt autem robo
ri folia toto ambitu sinuosa. Et sunt eis etiam
in caudice ipso iam densa ac rara. semperqʒ la
te rarioꝛa disposita mirto. E ¶ Item. Robur
abies ⁊ larix non continuant germinationem
sed intermittūt: ⁊ tripartita trinaqʒ germina
edunt. Ideo ⁊ inter squamas coꝛticem spar-
gunt: quod omnibus arboꝛibus euenit in ger-
minatione: quia rumpitur coꝛtex pregnantiū.
Roboꝛi scissus est coꝛtex non leuis sed scaber.
Radices copiose atqʒ carnose: quas in pꝛofun
dum agit mollis ac pessima ligni pars etiam
in roboꝛe facile putrescens teredini obnoxia.
ideoqʒ semper est amputanda. F ¶ Robur ilex
ac moꝛus ⁊ ebenus: ⁊ que sine medulla sunt to
ta ossee sunt. Robuꝛ spissam habet materiaʒ:
eiqʒ nigricās coloꝛ est. Tanta duricia inest ro-
boꝛi: vt nisi madefactum non queat terebrari.
⁊ ne quidem sic quid ad actus clauus auelli.
Itaqʒ cariem vetustateʒ sentit tardissime. sen-
tit tamen teredinē cesum in vere. Bruma ve-
ro neqʒ vitiatur neqʒ finditur. Alias obnoxiū
etiam vt toꝛqueat sese: findatqʒ quod in sube-
re tempestiueqʒ ceso euenit defossum diu du-
rat robur: sed aqua marina coꝛrumpitur.
G ¶ Robur ⁊ olea in transuersum posite incur-
uant: ceduntqʒ ponderi. Viridia preter robur
⁊ buxuʒ ptinacius resistunt sectioni serraꝝ: qꝛ
dentes ęqualitate replēt inerti. Sunt autē ro-
bora ⁊ inter se ⁊ cum alijs glutino insociabilia

viscus adnascit: ꝛ in robore vt quercu ꝛ ilice.
H ¶ Idē libro. xvij. Insitoꝝ omnium capacissima dicit platanus: postea robur. veruꝫ vtraqꝫ sapores corrumpunt. pedamenta sunt optima vitib⁹ e robore oleaqꝫ. Preterea pomiferis q̄ germinant: nec fructuꝫ ferunt: scissa radice lapis inditur: fertilesqꝫ fiunt. Hoc idē in amygdalis ꝛ robore cuneo adacto fit. Denuqꝫ arbores quedā ablato in toto cortice moriunt: tardius autem robora ꝛ quercus.

Capitulum. cccxcvii.

Rotabea vel rodaba. Serap. lib. ag. cap. Rodaba. quādo est humida ꝛ recens dicitur Alfarfasa. quādo est sic. dicit akes. ꝛ est species leguminis sic nominata. Et idem aucto. Diasco. Primo quādo nascitur est similis andacbucbe: que nascitur in pratis. sed quādo est cōpleta habet folia subtiliora q̄ folia ipsius: ꝛ habet ramos similes ramis andacbucbe. ꝛ sunt ei semina in magnitudine lentis tortuosa sicut cornua. Aliquando desiccatur ꝛ administrat cuꝫ alijs rebus: ꝛ preparatur cum sale. Et idem aucto. Gal. Sapor huius grani est stipticus sicut sapor lentis. Et virtus eius est calida caliditate temperata. ꝛ exsiccatio eius est amplior exsiccatione lentis: ꝛ comeditur sicut lens.

Operationes.

A ¶ Serap. aucto. Isaac benarā. Alfar fasa: id est rotobea nascit super aquas: ꝛ nō siccatur in estate neqꝫ hyeme. ꝛ ideo nominatur humida. Et qđ de ea administrat est semē eius ꝛ folia. ꝛ est ca. ꝛ hu. ꝛ est in eo inflatio. ¶ Et ideo auget sperma: ꝛ icitat coitū. ꝛ auget iuuamētum medicinarū que faciunt ad hoc. ¶ Et semen eius ingredit in pluribus confectionibus fortibus. ¶ Et qn̄ fit emplastrum cum folijs eius: confert mēbris que indigent sedatione doloris eorum. ꝛ est cōueniens cibo animalium. B C D

Capitulum. cccxcviii.

Rosa latine. grece rhodon. ara. bard. Serap. in lib. aggre. cap. bard. auct. Galienu. viij. simplicium pharma. ca. de rosa. Substātia eius est cōposita ex substantia aquosa calida cum duabus alijs qualitatibus permixta stiptica scꝫ ꝛ amara: cuius stipticitas est in quantitate tali: quia corpora habētia virtutē fluxuū nō possunt dissoluere virtutem eius. ꝛ semen eius est magis stipticum q̄ rosa. Et ideꝫ rosa cum stipticitate que est in ea inest ei dulcedo ꝛ similitudo acuitatis vel inordinationis pauce. ꝛ cōuenit apostematibus calidis in pncipio eoꝝ: ꝛ oportet vt recipiatur recens ex ea: ꝛ abscindantur sūmitates eius valde cū forpicibus: ꝛ reseruent pro medicaminibus oculoꝝ. Sed oleuꝫ rosaꝝ est in natura sua medium īter naturā rose ꝛ olei. ꝛ ē medicina cū qua curant apostemata sanguinis ī augmēto ipsoꝝ.

ipſorum: ꝛ in eo eſt virtus penetrãdi ad ꝓfun-
dum corporis: ꝛ humectat corpa ſicca: ꝛ ꝯquaſ
ſatur cũ aceto ꝛ inungit̃ caput cũ eo: ꝛ cõuenit
dolori capitis facto ex caliditate ſolis: ꝛ qñ ro-
ſe ſiccantur opꝫ ꝙ deſiccent̃ in vmbra: ꝛ cõmo-
ueant̃ aſſidue. ꝛ aqua roſarũ eſt frigidior cõple
xione tẽperata. non tñ multũ: ꝛ ipſa qdem eſt
ſubtilis multe ſubtilitatis. ꝛ ſignum in hoc eſt
ꝙ roſa deſiccatur cito. Ideo quia in ea non eſt
aliqua viſcoſitas: qꝛ odor eius vincit: ꝛ propte
rea feſtinat ꝛ replet vias odoratus.

Operationes.

A ¶ Serap. aucto. Diaſc. Eſt eniꝫ roſa frigida
deſiccatiua. ꝛ ex ea eſt plus ſtiptica ſicca q̄ re-
cens. ꝛ ſuccus roſarum qñ coquitur cum vino
cõuenit dolori capitis ꝛ oculoꝝ ꝛ aurium. ꝛ cõ
uenit gingiuis: quãdo cum eo fit collutio. ꝛ co
quuntur folia eius ſine ſtipitibus ꝛ nõ exprimũ
tur. ꝛ fit emplaſtrũ cum eis heriſipile: ꝛ ſemen
qḋ eſt in medio roſarũ quãdo pulueriꝫatur ſu
per gingiuas ad quas fluunt humores ꝯuenit
multũ. Sed caput roſe quãdo bulierit in aqua
ꝛ bibitur: abſcindit fluxum vẽtris ꝛ ſputũ ſan-
B guinis. ¶ Et ideꝫ aucto. Machaꝫ aqua ro. ꝓ-
hibet fluxum ad oculũ: ꝛ cõuenit ſyncopi qñ bi
C bitur ex ea hauſtus aliquis. ¶ Et idem aucto.
Humay. Roſa fortificat membra intrinſeca.
Et ſtipticitas eius penetrat ꝓpter amaritudi-
D nem que eſt in ea. ¶ Et idem aucto. Aben me-
ſuay. Odoratio roſe cõuenit cholericis ꝛ habẽ
tibus calorẽ: ꝛ capitis dolorẽ a cholera. Et ꝓ-
hibet fumoſitates cholericas acutas: ꝛ conue-
nit dolori acuto. ꝛ mouet ſternutationẽ haben
ti cerebrum cal. Et quãdo conficitur cuꝫ mel-
le aut cũ ꝫuccaro abſtergit qḋ eſt in ſtomacho
E ex humoribus flegmaticis. ¶ Et idem aucto.
Raſis. Expertus eſt qdaꝫ ex amicis meis: qui
accepit ex folijs roſarũ recentibus ꝛ ꝫuccaro: ꝛ
fecerũt eum aſellare decem vicibus. hoc facit
ſuccus eius. veruꝫ ſicca non eſt laxatiua. ꝛ hoc
ſignificat̃ ex eo ꝙ virtus eius eſt amara ꝙ ab-
ſtergit. Et quando roſa deſiccat̃ fit ſtiptica: qꝛ
ſeparatur ab ea amaritudo. Et ſiccitas qdem
in roſa eſt parua: qꝛ ipſa eſt compoſita ex ſtipti-
citate ꝛ amaritudine: vnde abſcindit libidinẽ:
F ꝛ laxat laxatione forti. ¶ Joãnes meſue. ca. de
roſa. Roſa eſt ex medicinis benedictis in qua
eſt virtus cõfortationẽ faciens ꝛ ſolutionem ꝛ
male qualitatis permutationẽ. Et eſt ex ea ru-
bea ꝛ alba: ꝛ eſt de vtriuſqꝫ multorum foliorũ
ꝛ denſorum ꝛ criſporum. ꝛ alia paucoruꝫ ꝛ pla
norum. ꝛ melior eſt rubea vere rubedinis pau-
corum folioꝝ ꝛ planorum. ꝛ ex albis eſt melior
habẽs ſimiliter. Et melior ſuccus eſt cuius ma
ter eſt roſa completa. ſicca vero melior ẽ in qua
nõdum cecidit complexio. Eſt frigida in p̃mo
gradu: ſicca in ſecũdo. Diuerſarum aũt natu-
rarum ſubſtãtie cõpoſuerũt roſaꝫ: inter quas
poteſt cadere ſeparatio diſtinguẽs. Componi-
tur enim ex partibus terreis: ꝛ aqueis medio-
cribus dantibus ei ſtipticitatẽ ꝛ ſubſtantiam.
Et ex partibus aereis ꝓpter quas eſt in ea de
dulcedine aliqd ꝛ aromaticitas. Et ex partib⁹
igneis ſubtilibus a quibus cõſiſtit perfectio ꝛ
ſpecies dantibus ei amaritudinẽ. ꝓpter qḋ in
abſciſione amaritudinis ipſius: que remouet̃
propter ſolam exiccationẽ eius non reſoluitur
ſpecies. In abſciſione rubedinis nõ eſt plus ro
ſa q̄ homo mortuus. amaritudo aũt in ea que
recẽs eſt plus eſt ſtipticitate ipſius. Et prima
eius operatio eſt ꝓpter amaritudinẽ ſuam: ꝓ-
pter qḋ roſa recẽs ꝛ eius proprie ſuccus ſoluit.
Cum autẽ reſoluitur caliditas dans ei amari-
tudinem ꝓpter exſiccationeꝫ eius nominatur
ſubſtãtia eius ſtiptica faciens cõſtipationẽ. Eſt
autem ſuccus eius calidus fere ad p̃mum gra-
duꝫ: ꝑꝑ excluſionẽ eius a re terreſtri ꝛ frigida.
¶ Joannes Meſue. Eſt autem roſa ſolutiua G
exiſtẽs extinctiua inflãmationuꝫ: confortatiua
membroꝝ: coadunatiua partium ꝛ ꝯſtrictiua.
ꝛ ſemen eius in hoc eſt fortius. ꝛ ſimiliter pili
eius qui ſunt in medio ipſius: ꝛ ſuccus eius eſt
reſoluens. Et ſicca quidem magis frigida ꝛ ſti
ptica. ꝛ que non eſt completa frigidior ꝛ ſtipti-
cior. ꝛ alba in frigiditate ꝛ ſtipticitate plus eſt
q̄ rubea: non eſt in ea malicia: ſed eſt ex debili-
ter ſoluentibus: vigorat tamẽ operationẽ eius
aqua caſei. ¶ Si enim ſucci roſarum. ʒ. j. mi- H
ſceatur cũ aqua caſei ꝛ pauca ſpica eſt ſolutiuũ
conueniens. ꝛ ſimiliter infuſio. ʒ. vj. folioruꝫ ro
ſarum in aqua caſei cũ pauco melle ſoluit ſine
moleſtia. Et ſyrupus factus ex ſucco eius eſt
leuis ſolutionis. Et ſimiliter ponitur oleum
eius in emendatione medicinarum acutaruꝫ:
ſicut ꝛ ſcamonea ꝛ ſimilia. ¶ Roſe autem con I
dite cum melle abſtergunt ꝛ mundificant ꝛ cõ
fortant. Et condite cum ꝫuccaro minoris ſunt
abſterſionis: ꝛ maioris confortationis ꝛ ſtipti-
citatis: ꝛ aqua eorum que fit per infuſionem
mũdificat ꝛ ꝯfortat abſtergit ꝛ reſoluit. ¶ Ea K
que fit ꝑ ſublimationẽ eſt multe cõfortationis:
neqꝫ eſt reſolutiua ꝓpter reſolutioneꝫ ſubtilis
caliditatis eius in decoctione ipſius. ꝑ albas ve
ro nõ fit ſolutio aliqua de qua ſit curandum. ꝛ
eſt in eis de ſtipticitate pluſq̄ in ru. neqꝫ ſunt

similes eis in confortatione. ⁊ cito ꝙ rose non
sustinent decoctione aliqd oino: ⁊ proprie recē-
tes. soluit enim ab eis virtus: sigillans abster-
sionē eius ⁊ solutionē. ⁊ declarat virtus eius sti
ptica faciēs cōstrictionē. Succus vero eius su-
stinet decoctionē aliqd mediocriter: ⁊ acqrit ei
L subtilitatē ⁊ bonitatē abstersionis. ¶ Oleum
quoqȝ factū ex rosa: nōdum cōpletis est maio-
ris infrigidationis ⁊ stipticitatis: cuius melius
fundamentū est oleum oliuarū mediocꝝ in ma-
M turitate aut sisaminū. ¶ Acetū autē infusio-
nis eius est medicina bona oīuȝ inflāmationū.
N ⁊ est diuisiuū solutione cōfortatiuum. ¶ Suc-
cus eius ex aqua infusionis recētium comple-
tarum solutione educit cholerā: mūdificat san
O guinem ab ea ⁊ venas ⁊ articulos. ¶ Et conue
nit ictericie: ⁊ aperit oppilationes epatis ⁊ sto-
machi: ⁊ mundificat ⁊ confortat eas: ⁊ ꝯfortat
cor: ⁊ cōuenit tremori eius: ⁊ educit materiam
causantem eaȝ ⁊ febribus cholericis. Rosa vō
⁊ oleum eius ⁊ aqua ipsius facta per sublima-
tionem cōfortat cor stomachū ⁊ epar: ⁊ coadu-
nat partes laxas membroꝝ: ⁊ confortat reten-
tionem: ⁊ sedat dolores calidos mira sedatio-
ne. ⁊ extinguit ac permutat malitias inflāmatio-
nuȝ: permit ⁊ sedat eas. Et sunt ex medicinis
facientibus dormire. faciunt tamen corizam ⁊
sternutationem: ⁊ obsunt catarris: ⁊ stringunt
guttur ⁊ confortant ea: ⁊ auferunt crapulas.
Dosis potio succi rosarum est ab. ℥. j. vsqȝ ad
ij. cum zuccaro. Et potio syrup. facti ex succo
P earuȝ est. ℥. ij. vsqȝ ad. v. ¶ Auicenna libro de
viribus cordis dicit ꝙ confortat cor.
Q ¶ Additio. Rasis. iij. cōti. aucto. Isaac. Ad
putredinem manātem de aure. R. rosaruȝ cū
copulis: vitreoli vsti: ceruse plumbine: arseni-
ci ruffi: aluminis. añ. auf. ponde. j. aloe: casto-
rei: thuris. añ. auf. pond. ij. squāme ferri. auf.
ponde. iij. terantur ⁊ cribrentur cum cincleto:
⁊ distemperentur cum oleo ro. ⁊ de eis impo-
Q natur auri. ¶ Palladius libro. iij. in mense fe
bruario rosaria cōserenda sunt que sulco bre-
uissimo: aut scrobibus ponenda sunt: vel vir-
gultis vel etiam semine. Semina autē rosarū
non putemus medios flosculos esse aurei colo-
ris quos rose ferunt: sed baccis nutriūt: quas
in breuissimi piri similitudineȝ plenas semini-
bus suis post vindemiam reddunt maturas ex
colore fusco ⁊ mollicici poterimꝰ estimare. Si
qua etiam sunt antiqua rosaria hoc tempore
circumfodiuntur: ⁊ sarculis vel dolabris ari-
das vniuersa reciditur. Tunc que rara sunt:
possunt ducta virgarum propagine reparari.

Si rosam ipsius habere volueris duabus pal-
mis ab ea gyrum fodies. ⁊ aqua calida bis ri-
gabis in die. ¶ Item Palladius. Rosa fri- R
gida est ⁊ in primo gradu: sicca in secundo. Et
viridis ⁊ sicca competit vsui medicine. Qui-
dam colligunt eas post maturitatem: sed non
tamdiu seruatur. Debent autem colligi cum
non habent folia omnino expansa. ⁊ tamē ali-
quantulum iam rubea. Collecte autem ad so-
lem aliquātulum desiccari possunt: ⁊ per trien
nium seruari. ¶ Macer. Dici flos florum no- S
bis rosa iure videtur: Quod specie cūctos pre-
cedat odoreqȝ flores. Non tamē hec specie tm̄
nec odore iuuare. Nos valet hac varijs nos
adiuuat illa fidelis. Eius sicca gradu vis est ⁊
frigida primo ⁊c.

Capitulum. cccxcix.

Atera vel Antera. Paulus cap. an-
r tera. Antera est id quod in medio ip-
sius rose nascitur aurei coloris: ⁊ a
specie floris dicta est. Usui etiam medicine
competunt.

Operationes.

¶ Plinius. Capita rosarum pota ventrem ⁊ A
sanguinem sistunt. Item. Vngues rose salu-
bres epiforis sunt. Vlcera enim oculorum ro-
sa preterꝗ̄ initijs sordescunt. Item antera dy
sentericis magnum presidium est.

Capitulum

Capitulum. cccc.

Ostrum porcinum. Pandecta. cap.
r ccccccx. Rostrum porcinuz herba est longitudinis vnius digiti ꝛ eiusdem lateris pandens se super terram amplectens eaz: cuius folia ex vtroqz latere sunt incisa incisuris magnis. ꝛ in eius medio leuatur stipes paruus: in cuius stipite fit quedam lanugo rotūda sicut pila. sicut facit herba senision: que cum tangitur dissoluitur.

Operationes.

A ¶ Confert oppilatis. Rostrum coruinum herba est quam plures dicunt consolide speciem. Sed falso; imo est herba vtcunqz pilosa: habens quasi odorem boraginis: ꝛ virtutem cōsolidatiuam in virtute sicut precedens.

Capitulum. cccci.

Uta latine ꝛ grece. Arabice vero ra-
r deb vel alsclep. Serap. lib. aggrega. cap. radeb aucto. Diasco. Radeb. i. ruta. Et est de ea domestica ꝛ siluestris: sed siluestris est magis calida ꝙ domestica ꝛ magis acuta. que escis non est bona: sed domestica: ꝛ maxime illa que oritur circa arborez ficus: vel circa cucumeres est cōueniens cibus. Et aliud genus rute siluestris que nascitur in macedonia ꝛ in gallicia asie: quam mollicines appellant. Et aliqui armolam eam vocant. frutex est vna radix virgas multas habens folia latiora plus ꝙ domestica sed mollia: odorē grauem habētia ꝛ florem album: ꝛ capita maiora ꝙ domestica. ꝛ in tribus ptibus diuisa. hujus semen obrussum ꝛ trigonū gustu amarum est. hec in antiquo tpe colligitur. Isidorus libro etymol. Ruta dicta est eo ꝙ sit feruentissima: cuius altera agrestis atqz virtute acrior: sed vtraqz feruētissima comprobat. hanc venenis repugnare mustele docēt: que dū cū serpente dimicauerint cibo eius armant. Isaac. Ruta siluestris calida ꝛ sicca in quarto gradu. domestica vero in tertio: ꝗ melior est ad digerendū: qꝛ virtutem habet incidendi. ꝛ grossos humores ꝛ viscosos extenuādi. Platearius. Est ruta domestica ꝛ siluestris que piganum dicitur. Huius folia ꝛ semina competunt vsui medicine. Uirtutem habent diureticam: dissoluendi ꝛ cōsumendi. Hypocrates. Ruta calida ꝛ sic-

ca in tertio gradu. Palladius de agricultura libro quarto. Mense marcio ruta seritur locis apricis. solius cineris inspersione contenta. loca desiderat altiora. vnde humor eius elabitur. si ponas eius semina adhuc clausa folliculis sigillatim debebis manu afficere. si iaz minuta sunt sparsa iactabis: ꝛ rastro obducta coperies. Caules eiꝰ g inclusis seminibꝰ nati fuerint fortiores erūt: sz sero nascent. Ramuli eiꝰ cū aliqua corticis pte ꝯuulsi verno tpe ꝑ plantis tenebūt: tota vo translata moriet. Nōnul-

le ramulos eius pertuse fabe inserūt vel bulbo
atq3 illa obruūt: alieno vigore seruādos. Sub
fici arboris vmbra libētius acgescit. Nō effo-
dit herbas sed optat auelli. Iminunde mulie-
ris formidat attactū. ¶ Pli. lib. xix. Ruta se-
rit fauonio ⁊ ab autūni eqnoctio. odit hyemes
⁊ humorem ac fimum, apricis gaudet ac siccis
terraq3 ɔ̄inarie latericea. Cinere nutriri vult
hic ⁊ semini miscetur vt careat erucis.

Operationes.

A ¶ Gal. vij. sim. far. ca. moli. i. ruta. qdam hu-
iusmodi rutam siluestrē nolant: qdā3 autē ar-
molam. Uirtus autē3 eius subtilis est ⁊ ca. fm
iij. gradū. vnde ⁊ incidit grossos humores: ⁊
B diaforat: ⁊ ad vrinationē ꝓuocat. ¶ Et idem
viij. sim. far. cap. pigamū. Pigamum. i. ruta.
Siluestris qdem ex quarto est gradu calefaciē
tiu3 ⁊ siccātiu3. domestica vō ex tertio. Est aūt
nō solum acris gustu sed ēt amara quo incide-
re ⁊ diaforare h3 grossos ⁊ viscosos humores.
ꝓpter cāde3 aūt virtutē ⁊ per vrinas euacuat.
quinimo ⁊ subtiliu3 partium est ⁊ ventositatis
C destructiua. ¶ Et iccirco ad sputationes cōue
nit: ⁊ animositates q̄ ad venerea ptinēt. ⁊ dia-
forat ⁊ siccat moderate. est enim de fortiter de-
siccantibus pharmacis. Serap. aucto. Diasc.
Ruta est de rebus magis ɔferētibus inflatio-
D nibus ⁊ vētositatibus. ¶ Et ipsa extinguit li-
bidine3 coitus. Qū domestica ⁊ siluestris sunt
ambe calefactiue: adustiue: ꝓuocatiue vrine ⁊
menstruoꝝ. ⁊ quādo comeditur ruta aut bibit
stringit vētrem: ⁊ quādo sumit in potu ex semi
ne. cuiuscūq3 quātitaꝫ vnius caluf cu3 vino est
medicamen cōferens multum medicinis mor-
E tiferis. ¶ Et quādo comedunt folia eius sola
aut cum ficubus siccis ⁊ nucibus: auferunt no-
F cumēta medicinarum mortiferaru3. ¶ Et est
vltima medicina cōtra malitiam venenorum:
quādo administrat sicut diximus: ⁊ presertim
cōtra pestilentiam. Et quādo comedit ⁊ bibit
ruta semper abscindit sperma. ⁊ quādo coquit
cum aneto sicco ⁊ sumit: sedat torsiones. ⁊ qū
administrat in hunc modum cōfert dolori late
ris ⁊ dolori pectoris ⁊ asmati ⁊ tussi: ⁊ aposte-
mati pulmonis: ⁊ sciatice ⁊ dolori iuncturaru3
G ⁊ rigoribus. ¶ Et qū coquitur in oleo ⁊ ponit
in clysteribus cōfert inflationi matricis: ⁊ infla
tionibus intestinoꝝ: ⁊ doloribus recti intestini.
Et qū teritur ⁊ ɔficit cu3 melle ⁊ linitur supra
collum matricis ɔfert dolori eius ⁊ suffocatio-
H ni matricis. ¶ Et qū coqtur in oleo ⁊ bibitur:
occidit ⁊ expellit lumbricos: ⁊ cōficitur cū mel-
le ⁊ fit emplastrum dolori iuncturarū ⁊ dolori
ex ɔcussione: ⁊ fit emplastru3 cum ea ⁊ ficubus
hydropisi carnose. ¶ Et qū coqtur cum vino I
vsq3 ad cōsumptionem medietatis vini ⁊ bibi-
tur cōfert speciei humide hydropisis. ⁊ quādo
comeditur sola siue est aut salita acuit visum.
Et quādo fit emplastrum cū ea cum sauich su
per oculu3: sedat dolorē eius. ¶ Et quādo te- K
ritur ⁊ miscetur cū aceto ⁊ oleo rosarum: ⁊ fit li
nitio cum eo: sedat dolorem capitis. ⁊ quando
intromittit in naribus ipsa aut succus eius ab-
scindit fluxum sanguinis ab eis. ¶ Et quādo L
admiscetur cū nitro ⁊ fricatur inde morphea
alba: confert ei. ⁊ quando fit emplastrum cum
ea cum melle ⁊ albumine sup empetiginem cō
fert ei. ¶ Et quādo succus rute calefit in corti- M
ce granati ⁊ distillatur in aurem: confert dolo
ri eius: ⁊ miscetur cum succo feniculi ⁊ melle:
⁊ fit collyriu3 cū eo: ⁊ ɔfert dolori visus. ¶ Et N
quādo miscetur cum aceto ⁊ oleo rosarū: ⁊ cō-
ficitur cum cerusa: ⁊ fit linimētum cum ea: cō-
fert herisipile ⁊ formice: ⁊ vlceribus capitis hu
midis. ⁊ ruta quādo masticatur post comestio-
nem ceparum ⁊ alioꝝ aufert fetorem illorum.
¶ Serap. Rutam venenis resistere mustele O
docent: que quādo cum serpētibus dimicatu-
re sunt: cibo eius armantur. Docuit etiam rex
ponticus: qui cum fratris sui timeret insidias:
rute folia cum duabus nucibus ⁊ totide3 cari-
cis admixto sale ieiunus acceperat: ⁊ secure cū
eo agebat. Agrestis si sumat nimis de ipsa oc-
cidit. ¶ Et quādo ipsa colligitur maxime cū3 P
ceperit apparere flos: si carnem tetigerit: vlce-
rat ⁊ facit inflare cum pruritu. quare oportet
qui vult ea3 colligere: ꝙ vngat manus ⁊ faciē
cum oleo rosarum: ⁊ extimauerūt quida3 ꝙ si
succus eius aspergatur sup pullos gallinaru3:
nō comedit eos miluus. ⁊ putāt quidam ꝙ illa
que nascitur in macedonia prope fluuium qui
dicitur archimon, quando comeditur occidit.
⁊ loca in qbus nascit sunt loca serpētu3 plena.
¶ Sed semen eius qū bibit confert doloribus Q
intrinsecis: ⁊ ipsu3 ingredit in ɔfectionibꝰ me-
dicinarū: ⁊ est iuuatiuū. ¶ Et idē auct. Ruffi. R
Ruta domestica est medicina maxime iuuati-
ua intestinis inferioribus. cōfert visui. ⁊ gummi
eius est ca. in fine tertij gra. sic. in. ij. Curat vl
cera oculi quādo pulutrizatur sup ea. ⁊ cōfert
scrofulis que fiunt in gutture ⁊ sub ascellis.
¶ Additio. Et idē auct. Gal. Et cōfert in epi S
lepsia ex humore frigido sine febre odorare ru
tam recentem: ⁊ tenere ipsam assidue suspen-
sam ad collum.

Capitulum

Capitulum. cccciii.



Rubus. Pandecta capi. dclxi. fula
r arabice. grece batus. latine vero ru-
bus. Et fulac est quedā egritudo: vt
dicit Plinius. ¶ Serapion libro agregato-
ris capitulo fulac sine suleit. auctoritate Galie
ni: idest rebus omnibus est notus. folia eius
et summitates recentes sunt composita in sub-
stantia sua ex substa terrea frigida et aquea te-
pida. et sapor eius est stipticus. et virtus eius in-
frigidat et desiccat. et secunda conglutinat.

Operationes.

A ¶ Galien⁹ sexto simpliciū pharmacoꝝ capitu-
lo batus. fm translationem grecā. Batus: id
est rubus. folia qdē et cime necnō flos et fruct⁹
stiptica participāt qualitate manifeste. In hoc
tm ad inuicē differūt. Nam folia quidē et pser
tim mollia et noua plurimum participantia a-
quositate modicum sunt stiptica fm cas ratio-
nem et summitates. Unde masticata curāt al-
cola et cetera q̄ in ore vlcera sanant. et alia vul-
nera solidare potest. Est eni coꝝ complexio ex
terrestri et frigida substantia et aquosa tepida.
Fructus vero quādo fit maturus particeps ē
moderate caliditatis. saporis cum sit vt osten-
dimus dulcis. quare ppter hoc necnon ppter
moderatam stipticitatem comestibilis non est
molestus. Immaturus autē a frigiditate ter-
restri superatur substātia. et ideo stipticus est et
siccatiuus fortiter et vterqz desiccat. et reponit
desiccatiuior existēs recēte. sed et flos eiusdē est
virtutis cū fructu ad dysenterias. vētris quoqz
flux⁹ necnō ad sputū sāguinis idoneū pharma
cū. radix aūt cū eo q̄ stipticat: et nō pauca subti
liū partiū substātia participat. quāobrē et lapi-
des q sunt in renib⁹ frāgit. ¶ Et Sera. aucto. B
Dyascoridis. Uirtus eius est q̄ curat alcola et
vlcera oris qn̄ masticat. et curat alia vulnera.
¶ Et decoctio eius tingit capillos. Sed sapor C
ei⁹ fructus est dulcis. et est humidus et calidus.
et imaturus ē frigidus terreus. et sapor ei⁹ pon
ticus. et desiccat desiccatione forti. sed floris ei⁹
est sicut virtus fructus. ¶ Et confert vlce- D
ribus intestinorum et fluxui ventris. et debilitati
intestinoꝝ am. sed radicis eius ē substātia sub-
tilis. et sapor eius est stipticus. et ideo frangit la
pidem renum. et quādo fit emplastrū cū folijs
eius curat vlcera humida capitis. ¶ Sed ru- E
bus canis q grece dicitur Cinosbatus nocet
decoctio eius fructus canne pulmonis. et strin-
git fluxum menstruorū. Et radix eius est caldi-
or ipso. de qua si fiat emplastrum extrahit spi
nas et alia infixa corpori. ¶ Et qn̄ fit empla- F
strū cū folijs suis recētibus phibet apostema-
ta. ¶ Et idem aucto. Galieni. Fructus huius G
plante est stipticus stipticitate forti. et folia eius
habent stipticitatem paucam. et oportet q̄ ca-
ueatur ab eo qd̄ intra fructum est simile bombi
cino: qr nocet multum canne pulmonis. hanc
speciem inuenies si leges Cinosbatum. et est ca-
pitulum. cxxvi. supra de C. ¶ Dyascorides ca- H
pitulo batus est oibus notus. Uirtus est illi sti-
pticus et serantica. Tinctura eius capillos in-
ficit. Uentrē abstinet. Fluxum matricis mulie
rū stringit. Morsibus venenatis occurrit. Tu
tas gingiuas a putredine seruat. Tumores
oris compescit. maxime si folia eius cum aceto
masticata fuerint. Herpetes mundant. acoras
capitis purgant. Tumores oculorū et condilo
mata soluit. hemorroidis subuenit supposita.
stomachis imposita medicatur. cardiacis opi-
tulat. ¶ Succus hui⁹ herbe et bastaꝝ sole sic- I
cat⁹ omnia facere nouit. Succus eius seminis
maturi oibus causis oris vtiliter adhibetur.
Uentrē abstinet comest⁹: sz nō maturus. Flos
ei⁹ cū vino bibit⁹ cliacis et dysentericis pdest.
Flos eius albus: et est caniculari ortu vigens.
Ipse quoqz potui datus cū vino humoris fluo
rem cohibet. ¶ Illinit⁹ cum melle oculoꝝ lip- K
pitudinē medet atqz igni acceto. Hui⁹ ergo fo
lia et flores et mora leuit stringūt. vnde ad vuluā
et fauces pprie vident facere: q̄uis omne pro-

L fluum idonee stringant. ¶ Folia eius r cime masticata alcola r alia vlcera curant in ore. Et plagas glutinant. mora eius matura habent in se mediocriter calorem. Immatura vero sunt frigida: r terrestrem retinet in se substan-
M tiam. Unde nimis desiccant. ¶ Item puluis ex eo factus sicut est de flore eius plus desic- cat recentioribus facit nanqz ad dysentericos. r ad omē rheuma ventris: r ad defectionez sanguinē expuētib⁹. Hic puluis datus vtilissimū
N est medicamē. ¶ Radix aūt eius stiptica r leptomeris est. r ideo nefreticis data lapides rū
O pit. ¶ Species bati sunt due. Una cōmunis que dicta est r q̄ oībus nota est. Altera q̄ appel laſ idea siue cinosbatus que est rubositatis ma ioris supradicta. Et est virtutis constrictiue. Eius nanqz mollia germina siue tyrsi contu- sa r expressa succum dimittunt: qui sub sole relictus coquitur vsqz ad grossiciem mellis: r
P datur ad ea que supra. ¶ Succus eius cum vi no r melle suprapositus superioribus prodest. Mora cum vino sumpta sapientiam nutrit: vt ab antiquis dicitur. leges eam mense Junij r Julij cum melle r pane contrita aposte mata mirifice rumpit: r vlcera fraudulenta curat.

Capitulum. cccciii.



r Ubea tinctor. Isidorus. Rubea dī eo q̄ rubra sit radix ei⁹. vnde r lanas colorare ꝓhibeť. ¶ Dyascorides. Rubea quā alij eritrodanum. latini vero rubeā dicunt. Herba est oībus notā. Species eius due sunt. Una videlicet agrestis. Alia vero q̄ vocatur sarchos: ramulos siue tirsos hn̄s tenues r quasi nodosos: folia p interualla distātia: ac p singulas connodationes veluti stellarum imaginem mittentia. Fructus vel semen eius rotundū viride: r hunc rubrū aut circa maturitatem nigrum. Radicem habet paruam tenuem pusillam rubicūdam. ¶ Plinius cap. Erithron quam alij eritrodanum vocant: nos vero rubeam qua tinguntur lane r pelles r cetera. Grecus vero eritrodanum dicit. Nam erithros rube⁹ cochinos feniceus rubicūdus. exponitur de rubea rc. ¶ Pādecta capitulo. cclviij. Eritrodanum vel eutradoron vel erithron vel eritrodanon grece. Arabice fane vel cita. Latine vero rubea tinctorum. Ubi sciendū q̄ Dyascorides capit. de rubea dicit: q̄ rubea siue vt alij erithrodanum dicunt: r est de rubea domestica. Aliud capitulum inuenitur apud Dyascoridem. quod sic habet eritrodanum dicunt. r est rubea agrestis. Item secundum veritatem eritrodanum in alia translatione Dyascoridis. Aut tetron vocant plurimi. Radix est illi inficiens. Duo sunt eius genera. Unum agreste. Aliud seminatum sicut rauenne italie fuit locis cultis seminatū. Nā r in vijs sponte nascitur. Haste sunt illi quadre r longe aspere sicut apparine: sed fortiores r longiores. folia habentes intra nodos ipsos. folia habet sicut astrum: idest stella in gyro posita. semen eius rotundum est in primo viride r postea ruffum. r cum maturauerit nigrescit. Et radix eius longa tenuis r ruffa rc. Sed secundum translationem aliam Dyascoridis. Rubea siue vt alij eritrodanum herba est omnibus nota. ¶ Serapion libro aggregatoris capitulo fane. auctoritate Dyascori. Fane siue faue: idest rubea tinctorum. quedam ex ea nascitur. r quedaz ex ea seminatur. r habet ramos quadratos lōgos grossos siles ramis herbe que dicitur abarum: nisi quia sunt maiora eis r duriores. super ipsos sunt folia. diuisa ad inuicem egrediētia iuxta nodos r ī similitudine stellarum. r fructus est rotundus. cuius color in principio sue aperitionis est viridis: postea vero rubeus. Et quando maturus est fit niger. r quod de ipsa administratur sunt vene ipsius. r ipse sunt subtiles lōge r rubee. ¶ Galienus sexto: simpliciū pharmacorum capitulo eritrodanum. Eritrodanum est rubea tinctorum radix acerba et amara secundum gustum

gustum. Unde ⁊ quod dictum est de aliis adinuicem sibi huiõi virtutes cõuenientes in hac radice cõspicis. ¶ Paulus ca. de rubea. calida est ⁊ sicca in secũdo gradu. ¶ Auerrois libro Colliget. Capitulo de rubea. Rubea calida est ⁊ sicca in tertio gradu.

Operationes.

A ¶ Dyascorides. Eridrotanũ virtutẽ habet
mictualẽ cũ aceto illinita albis maculis medetur. Usus etiã ciꝰ ad ea proficit ad que cetera diuretica ꝓficere dicimus. Sed agrestis virtꝰ est ſm Dyascoridem mictualis diuretica. vñ
B vrinã ⁊ menstrua prouocat. ¶ Galienus. Eri
trodanũ splenẽ ⁊ epar expurgat ⁊ vrinas grossas ⁊ multas. Est autẽ qñq3 ⁊ sanguinolentas euacuans. quandoq3 etiam prouocat menstrua. ⁊ abstergit mediocriter q̃cũq3 abstersione egent. morpheis quoq3 albis cũ aceto puncta cõfert: qdã aũt ꝓpinãt eas sciaticis: nec
C nõ paraliticis cũ mellicrato. ¶ Auicẽna. Ru
bea tinctorũ est põtici saporis: ⁊ abstrahit cum equalitate. ponit̃ cũ aceto sup impetiginẽ: ⁊ sanat eã. similiter ⁊ morpheam albã. ab oĩ vestigio mũdificat cutẽ. Bibita cũ mellicrato cõ
D fert sciatice ⁊ paralysi. ¶ Ualet etiã ꝑcussioni
⁊ casui succus ciꝰ cũ oximelle. datur ad apostemata splenis: ⁊ mũdificat epar ⁊ splenem. Eorũq3 oppilationes aperit. ⁊ i hoc ei proprietas existit aceti. vehemẽter ꝓuocat vrinã vt qñq3 faciat mingere sanguinẽ. Et opz q eã biberit
E quaq3 die balneetur. ¶ Supposita mẽstrua ꝓ
uocat: ⁊ extrahit fetũ. Eiusq3 stipites cũ foliis
F conferũt morsui vermiũ venenosorũ. ¶ Pla
tearius. Rubea tinctoꝝ calida est ⁊ sicca in sc͂do gradu. Uirtutẽ hz cõfortatiuã ex aliquantula sua ponticitate ⁊ diureticã ex amaritudine. Cõtra debilitatẽ stomachi ⁊ epatis ⁊ relaxationẽ dat̃ vinũ decoctiõis ciꝰ. Radix ciꝰ rasa supponit̃ ad mẽstrua ꝓuocanda: ⁊ fetũ mortuũ educendum. Aqua decoctionis eius si caput inde abluatur capillos reddit rubeos.
G ¶ Constantinus vbi supra. Rubea est i fine ꝑ
mi gradus calida ⁊ sicca. habet quoddã amaritudinis ⁊ põticitatis. vñ splenẽ ⁊ epar mundificat. ⁊ eius oppilationẽ aperit. vrinã ⁊ menstrua ꝓuocat. Omniaq3 mẽbra corporis a putredine mũdificat: ⁊ morpheã curat. Adhibetur quoq3 cũ melle ⁊ aqua calida ꝓpter ilii do
H lorem. ¶ Plinius libro. xix. Rubea tingẽdis
lanis ⁊ corus est necessaria. Laudatissima est italica: ⁊ maxime suburbana ꝓuenit spõte. In medicina morbum regium sanat. Et vrinam eijciet ex aqua mulsa. Folia quoq3 capillũ inficiunt. Apud quosdam inuenio regium morbum hoc frutice sanari: etiam si adalligatus spectetur tantum.

Capitulum. cccciiii.

Saluia latine. Arabice gelissagos.
C greceelissagꝰ. Sera. li. aggre. ca.
Gelissagos. auctori. Diasco. Ge
lissagos: idest saluia. Et est arbustum longum habens plures ramos. ⁊ lignum eius ⁊ folia similia folijs citoniorum. nisi quia sunt longiora ⁊ strictiora ⁊ rugosa pauca rugositate: sicut est rugositas panni postq̃ abluitur antequam extendatur ⁊ reponatur. ⁊ color eius declinat ad albedinem: ⁊ habet odorem bonum. ⁊ habet in summitatibus ramorum semen simile semini herbe siluestris: que dicitur ormen. Nascitur autem in locis asperis. ¶ Diascorides capi. elissagus siue elilissagus ſm translationem nostrã. Elissagus: idest saluia. Frutex eius est oblonga ⁊ multas habens virgas quadras ⁊ albas. ⁊ folia silia malicidonij: sed oblonga minora ⁊ aspera ⁊ albidiora ⁊ odorata subrugosa. semen super virgas est simile omnino agresti. Nascitur locis asperis. ¶ Plinius cap. elissagus herba est exalbida. Hasta est ei vasta ⁊ quadra. folia aliquatenꝰ aspera. Potest enim acriter restringere. Galienus. vi. sim. far. cap. elissagus. Complexio

huius herbe est calida caliditate manifesta et sufficienti et parum stiptica.

Operationes

A ¶ Plini⁹. Herba ipsa facit ad dysentericos: et succus foliorum et⁹ capillos generat: et vrinā pro
B uocat. ¶ Sera. Decoctio foliorum et ramorum ipsi us quando bibitur prouocat vrinā et mēstrua: et expellit fetum: et confert morsui venenoso strigo nis marini: et denigrat capillos: et cōfert apo stematibus: et abscindit fluxū sāguinis: et mūdi ficat vlcera fraudulēta: et cū decoctiōe ramulo rū et foliorum ipsi⁹ fit ablutio: et sedat pruritū ge
C nitaliū virorum et mulierum. ¶ Dyasco. Virt⁹ ei⁹ ē diuretica. Mēstruis īperat. Aborsum facit. Percussum strigonis marini mitigat. Capil los nigrescit. Est etiā terinātica: et sanguinem fluentem ex vulneribus stringit. Sordida vul
D nera purgat. ¶ Curatura foliorum et virgarum ipsius pruriginē nature cōpescit. Est etiā vir tutis redarguētis cū acrimonia. Unde ad dy senteriā atq₃ muliebrē fluxū: quē greci rigeon vocāt: facit succus foliorum eius. Capillos deni
E grat: et vrinā prouocat. ¶ Paulus. Vinū deco
F ctionis ei⁹ cōfert paraliticis bibitū et catbaplas matū sup partē paraliticantē. ¶ Et dicūt ma gi de saluia quod ipsa putrefacta sub fimo gene raf auis quedā hñs caudā serpentinā et albam merule fiñs. De cui⁹ cinere si ponaf in lampa
G de apparet quod dom⁹ fit plena serpētibus. ¶ Ex herbario. Saluia h₃ folia lōga et angusta sub aspera odore suaui et graui. in locis asperis na scif. Decoctio eius potata vrinam et menstrua mouet. Pastinace marine si quem percusserint virus excludit. Sanguinis eruptionē sistit.
H Platearius. Saluia ca. est in .i. sic. in .ij. folus folia cōpetunt vsui medicine et viridia. et sicca domestica magis cōsumit et confortat. Silue stris aūt magis dyaforetica. Vinū decoctiōis saluie valet paraliticis et epilenticis. fomētatio ex aqua decoctiōis ei⁹ valet cōtra strāguiriā et
I dissinteriā. Matricē mūdificat. ¶ Plini⁹ li. xxij. Herbā nri q nūc sūt herbarij elelisphacō grece. latini vocāt saluiā mente similē canam odoratā. hac apposita part⁹ emortuos extra
K hūt. Itēq₃ vermes aurīū et vlcera. ¶ Idē in li. xxvj. Herba q̄ a qbusdā appellaf saluia sifis verbasco. Conterif ea et colata calefit. et sic ad tussim laterisq₃ dolores bibit. Eadēq₃ contra scorpiones atq₃ dracones marinos efficax est. Cōtra serpētes etiā ex oleo pungi ea pdest. ysopi fasciculus cū quadrante mellis decoquitur
L ad tussim. ¶ Macer. Saluia cui nomen elysi facos est apud grecos. Cum mulsa iecoris pro dest potata querelis. Pellit abortum. lociūq₃ menstrua purgat. Trita venenatos curat sup addita morsus. Crudis vulneribus que mul to sanguine manant. Apponas tritam dicunt retinere cruorem. Cum vino succus tepidus si sumitur huius. Compescit tussim veterem la terisq₃ dolorem. Pruritus vulue curat virge que virilis. Si foueas vino fuerit quo saluia cocta. Illius succo crines nigrescere dicit. Si sint hoc vncti cerebro sub sole calenti.

Capitulum. ccccv.

Salix. Isidorus lib. ety. Salix di
f cta est: eo quod saliat: id est crescat. Ar bor lenta: vitibus vinciēdis abilis. ¶ Ambrosius. Salices videntur nihil habere seminis. habent tamen gramen quoddam in folijs quo terris commisso tanquam semine posito surgat arbor de surculo: et tanquam seipsam exsuscitet de semine suo. ¶ Glosa su per Esaiam. xliiij. Salix est arbor infructuo sa: sed cito crescit: maxime si iuxta aquam fit. ¶ Aristoteles in lib. de plantis. Quedam in humido loco. quedam in arido et quedam in vtroq₃ vt salix. ¶ Idem libro de alalib⁹. que dam arbores nō fructificant. Sicut viri pin gues nō multū spermatisant. Talis est salix et romana nux. ¶ Idē₃ i libro decimosexto. In aquosis

aquosis tñ proueniūt salices ⁊ alni. longaq̄
folia sunt vtriq̄ inter primas germināt. Cir-
cūagunt salicis folia post solsticiū. nec alio ar-
gumēto itelligit̃ certi⁹ sidus cōfectum. Ocissi
me vero salix amittit semē anteq̄ maturitatē
sentiat olno. ⁊ ob id frugiꝑda dicta ē ab home
ro. Sequēs vero etas scelere suo hāc sentētiaȝ
interpretata ē q̄ semē salicis mulieris sterilita
tis medicamētū est. Sed i hoc quoq̄ nascenti
natura ꝓuidit: q̄ de pacto surculo incuriosius
semē dedit. Una tñ ꝓdit̃ id maturitatē ꝑfer-
re solita i isula creta. ¶ Pādecta cap. cci. Cu
lefare. Grece bytre. latine vero salix.

Operationes

A ¶ Sera. li. ag. cap. Culef. i. salix. folia ⁊ flos ⁊
rosa ei⁹ habent in sapore ponticitatē: ⁊ virtus
salicis ēst desiccatiua sine punctiōe. Cortex ve
ro ipsius siccioris est cōplexionis. sicut sūt oēs
B species corticis. ¶ Unde administrat̃ ingluti-
natione vlceꝝ. Sȝ flos ⁊ rosa eius administrā-
tur ⁊ admiscent̃ in oībus medicinis ⁊ vnguen-
tis desiccatiuis. Et sunt ex hoībus q accipiunt
flores ⁊ rosam ⁊ succū ipsius: ⁊ componunt ex
eis desiccatiuā medicinā que cōfert in multis:
q: desiccat sine mordicatione ⁊ ꝓprie: q: i ipsa
C est stipticitas pauca. ¶ Et qñ comburūtur ei⁹
cortices ⁊ conficiunt̃ cū aceto: administrātur i
oībus egritudinibus in qb⁹ necessaria est desic
catio. sicut in verrucis ⁊ ꝓprie in rotundis ⁊ in
verrucis similib⁹ capitib⁹ clauoꝝ: ⁊ in verru-
cis infixis in cute. eradicat enī eas qñ sup eas
D fit linitio. ¶ Et qñ euellit̃ cortex eius tp̄e quo
emanant flores ⁊ colligit̃ gūmi eius. Hȝ hoc
gūmi virtutem abstersiuā ⁊ subtiliatiuaȝ. ⁊ iō
administrat̃ in oīb⁹ egritudinib⁹ q̄ accidūt pu
E pille. ⁊ faciūt impedimentū visus. ¶ Et idem
aucto. Pauli. Uirtus folioꝝ ⁊ corticiȝ ⁊ fru-
ctus salicis ⁊ succi ei⁹ est stiptica. Et est frigide
F ⁊ sicce cōplexionis in ṗmo gradu. ¶ Et idem
aucto. Bedigar. Qñ bibunt̃ folia eius trita
cum pipere ⁊ vino pauco cōferūt colicis: ⁊ quā
do sumit̃ cū aqua ꝓhibet impregnationem. ⁊
fructus eius ꝯfert sputo sanguinis qñ bibitur
⁊ cortex eius tritus cū oleo rosaꝝ: si bulierit in
G cortice granati conferunt dolori auriū. ¶ Et
ei⁹ decoctio administrata sup pedes podagri-
corum cōfert eis multū. ⁊ mundificat furfures
capitis: ⁊ colligit̃ humiditas ab ea defluēs qñ
excoriat̃ a cortice suo qñ incipit apparere flos
eius: qm̄ reperit̃ intra corticem humiditas cō
gregata q̄ abstergit oculum ⁊ aufert tenebrosi

tatem eius. Proprietas salicis eius que extra
hit sanguisugas adherentes gutturi: ⁊ glutti-
nat vulnera recentia. ¶ Et idem auctoritate H
Aben Mesuay. Folia salicis bibita: ꝓhibent
impregnationē: ⁊ conferunt fluxui sanguinis:
⁊ lac qđ egredit̃ ex eis acuit visuȝ ⁊ abradit pi
los. ¶ Et idem aucto. Pauli in folijs salicis I
⁊ salice: non dixit Galienus aliud. ¶ Galien⁹ K
septimo simplicium pharmacorum capitulo
ytre. bytre siue salix vtetur quidem aliquis ⁊
folijs ad sanguinolentorum vulnerū consoli-
dationē: sed maxime flore eius fere oēs vtun-
tur medici ad confectionē siccatiui emplastri.
Est enī vis eoꝝ suauis siccatiua hȝ autē ⁊ qd-
dam stipticitatis. ¶ Quidā vero ⁊ succū pha- L
cientes ex eis immordax ⁊ siccatiuum hȝ phar
macum ad multa vtile. Nihil enim magis oc
currit visui q̄ pharmacū immordacius siccās
parū: sed stipticās. sicut in tractatu de cōposi-
tione pharmacoꝝ plenius dicet̃. ¶ Cortex eti M
am huius arboris similis est tā frōdiū q̄ florū
virtuti ṗterq̄ q̄ est siccior ꝑm cōplexionē sed
hunc quidā accēdūt: ⁊ vtuntur cinere in omni
bus his que violenter indignēt desiccari: sicut
sigiles ⁊ chiles: idest mirmiceas: auferūt ipsuȝ
madefacientes aceto acri. quidam vero tem-
pore florendi incidentes corticem. Liquorem
siquidem colligunt: ⁊ eo vtuntur in obfuscan-
tibus pupillis. cum sit pharmacum abstersiuū
simul ⁊ subtiliatiuum. cūq̄ sit huiusmodi po-
rato. ¶ Contra fluxū ſanguinis ē naribus im G
ponaſ puluis ex eo ⁊ fricentur nares vt puluis
adhereat rupture venarū. Fiat etiam ſinapiſ-
ma ex eo ⁊ albumine oui ⁊ aqua roſarum circa
frontem ⁊ timpora.
¶ Cōtra emoptoicā paſſionē vitio ſpūalium te H
neaſ puluis eius ⁊ gūmi arabici cōfectus ex aq̄
roſarū infuſionis dragāti ⁊ patiēs poſtea trāſ
glutiat. Si vero fiat vitio nutritiuorū deſ cū
ſucco plātaginis. ¶ Idem fit vſus cōtra dy- I
ſenteriā: ſi fiat vitio ſuperiorum ſi vitio iferio-
rum initiatur p clyſtere cum ſucco plātaginis
⁊ aqua ro. ¶ Suppoſitorium factum ex eo et K
ſucco ſanguinarie valet contra matricis fluxū
ſanguinis narium.



Capitulum. ccccxxiii.

f Sarcocolla grece. arabice anzaros latine vo anzaruta. Sera.li.aggr. ca. Anzaros.auc.Dias.Est gūmi arboris spinose q̄ nascitur in terra Paras qd̄ simulatur olibano.⁊ sūt parua frusta.⁊ color ei⁹ ē subruffus ⁊ amari saporis. Et melior ex ea ē q̄ cito frāgit̄ ⁊ desiccat sine mordicatiōe.⁊ in sapore ei⁹ ē amaritudo.⁊ est calida ⁊ siccain pmo gradu.Eīū virt⁹ ei⁹ est que glutinat:⁊ abstergit:⁊ maturat:⁊ resoluit: ⁊ īcarnat:⁊ aperit apostemata q̄ fiunt a pcussiōe.
¶ Galienus.viij.sim.pbar.c. de sarcocolla. Sarcocolla est lachryma arboris ex Persia. mixtā hñs virtutē.Et emplastica quadā substātia:⁊ modicū stiptica.vnde īmordaciter siccat.⁊ propterea vulnera potest consolidare.

Operationes.

A ¶ Diascorides.Sarcocolla habet virtutē cōglutinatiuam vulnerum:⁊ abscindit humiditates q̄ veniūt ad oculū ⁊ corrodit carnē corruptā q̄ ē in vlcerib⁹:⁊ hēt ṽtutē in obtalmia cuȝ ponitur.Et ppzietas ei⁹ est expellere lippitudines ab oculo plus alijs medicinis:maxime qñ administratur cum amilo ⁊ zuccaro albo.

B ¶ Et ideȝ auc.Atabari.Restaurat fracturā ⁊ īcarnat vlcera.⁊ mūdificat vlcera cū melle. ⁊ qñ miscet̄ cū albumine oui:aut cū lacte ⁊ desiccat̄:⁊ postea terat̄ ⁊ cribzat̄ ⁊ in puluere administret̄:ꝯfert obtalmie:⁊ purgat flegma viscosuȝ.Et dosis ei⁹ ē qñ miscet̄ cū alijs medicinis in decoctiōe.a.ȝ.ß.vsqȝ ad vnā:⁊ ipsa non ponatur sola propter maliciam eius magnā.

C ¶ Et idem auc.Habix.Sarcocolla est acuta multum perforatiua:comedit carnes vlceruȝ ⁊ habet in cura obtalmie proprietatem magnam:⁊ virtutem magnam:⁊ virtutem potētem.⁊ aufert lippitudinem oculorum quando habent obtalmiam:quod quidem non facit ita aliqua medicina:⁊ maxime quādo misceetur cum amilo ⁊ zuccaro albo.

D ¶ Et potio eius ad laxādum ventrem. Habet proprietatem iuuandi oculum ⁊ ventrem:⁊ proprie ad purgādum flegma grossum quod est aggregatū in iuncturis ⁊ intestinis ⁊ in scia.⁊ ingeniculis:⁊ expellit ipsum cum fortitudine:⁊ cū aliquātulo colore:⁊ iuuat medicinas alias ad exeundum ex corpore.Et fortasse vulnerabit oculum ad intestina:⁊ excoriabit ea:⁊ inducit tenasmonem propter suam acuitatem.

E ¶ Et si ipsa datur in potu alicui sola:aut cū aliqua medicina.⁊ fuerit ille etatis complete inducit ei caluiciū:⁊ facit cadere capillos oēs de capite suo.Et si fuerit iuuenis fit in hoc mora.Et si fuerit senex:facit illud citius. Et melior ex illa est que teritur faciliter.que est albidior ⁊ in maioribus frustris.Et quando fit cū oleo de nucibus:quia oleum nucis frāgit acuitatem eius.⁊ propter hoc non habet ipsa facere id quod diximus in corrosiōe. propterea qꝛ oleum prohibet eam adherere.⁊ caliditas nucis frangit plurimum acuitatis que est in ea.

F ¶ Sed si preparas eam cum oleo amygdalarum pone de eo duplum aut triplum ponderis de ipso oleo.si vis ipsam ponere in aliquibus pillulis.Sed si volueris ipsam adhibere solam sine aliqua cōmixtione alterius medicine:pone plus pōdere ei⁹ de oleo:⁊ pone ẟ oleo de kerua quantitatem qua possit dissolui solum.⁊ postea misce cum alijs medicinis:⁊ cū oleo de kerua erit senibus conuenientior. Iuuenibus autem non est conueniens cum eo: qꝛ calor nature iuuentutis non fert calorem olei de kerua.

G ¶ Et quantitas dosis eius simplicis postq̄ p̄paratur sicut diximus est pondus aurei vnius vsqȝ ad pondus.ȝ.iij.⁊ quartam. Et meliores medicine que conueniunt in admixtione eius sunt serapinum ⁊ myrobalani.⁊ turbit.⁊ aloe ⁊ ammoniacum.⁊ bdellium iudaicum.⁊ semē apij.⁊ anceos.⁊ similia horum ex medicinis.

H ¶ Paulus capitulo de Sarcocolla: calida ē ⁊ sicca in tertio gradu.Emplastrum factuȝ ex ea ⁊ albumine oui super timpora valet ad fluxum sanguinis a naribus.

I ¶ Puluis eius cum aqua rosarum conficiatur ⁊ soli exsiccetur.⁊ iterum cum aqua rosaꝝ ponatur in oculo quia maculaȝ cōsumit ⁊ oculum clarificat.Contra tenasmoneȝ fumus ei⁹ p inferiora receptus emboto imposita valet.

K ¶ Bulcasim libro qui dicitur Seruitor. trāslato a simone de Ianua.Forma nutriēdi sarcocollam in lacte. Accipe de sarcocolla bona alba grossa ⁊ pone ī vase vitreo amplioris orificij ⁊ mulge super eam lac asine in quantitate pauca ne īfundatur in eo ⁊ liquefiat sed remaneat sic.⁊ pone subito in sole vt cito desiccetur ⁊ quando erit sicca oportet vt iterum mulgas ẜm quantitatem quam dixi. ⁊ semper caueas ne cooperias eam lacte ne acescat lac antequā desiccetur ⁊ destruatur.⁊ fac ita quater vel quinquies:⁊ cuȝ hoc feceris:sicca bene ⁊ conserua: ⁊ si non habes lac asine paratum:fac cuȝ lacte mulieris:quia est melius.

L ¶ Auicen. Sarcocolla est arboris spinose gūma in qua est amaritudo. & bona est illa q̄ ad citrinitatem declinat similis olibano.

M ¶ Et dicūt quidā q̄ est calida in secūdo sicca in primo. Est autē glutinatiua: & ideo cōsolidat & carnem creat. Ualet etiam ad aurem saniosam. Confert obtalmie. & ppric lippitudini et fluxui oculi. proprie cum lacte asine.

N ¶ Platcari°. Sarcocolla est i secūdo gradu calida & sicca. Est gūma cuiusdam arboris ex partibus transmarinis. Huius generis alia est in puluerem redacta que facile ex alterius pulueris admixtiōe etiam sophisticatur. Alia vero grossa reperitur diu seruatur ex glutinositate quam habet. Inest ei virtus constringēdi & consolidandi. Eligenda est illa que alba ē aut subalbida: aut gūmosa. q̄ in maiori quātitate reperit̄. Reducta in puluerem nō valet.

Capitulum: ccccxxiiii.

Patula fetida. Herba est similis f Yreos.

Operationes

A ¶ Paulus capitulo de spatula fetida. Succus eius eradicat morfeā albam si fiat vnguētum ex puluere eius & puluere staphisagrie flāmule & hermodactyli: & de attramento cōbusto in olla rudi cum aceto & axūgia porcina vetusta: & inungatur ter in die: & cooperiatur cū folio caulis & plantaginis.

Capitulum ccccxxv.

Ebesten. Pandecta ca. ccccccxxxvij.
f Sebesten latie. Grece Machaloma-
giata. Arabice faulis sebesten. Et in lingua Persica vocatur mamilla canis. Unde. Sebesten mamilla canis fert Persica lingua. ¶ Serapion libro aggregatoris capitulo Faulis. Sebesten. Aboauscmochiata sunt nomina istius arboris fructificantis fructus dulces nominant eos gentes faulis sebesten. Et idem auctoritate Ysaac. fencram mochiata est roth in Arabia & est arbustum altum super terram sicut hasta. habens corticem cuius color vergit ad viriditatez: & habet folia magna rotunda. & habet racemos: quorū sapor ē dulcis. & vua eius est magnitudinis nucicule q̄ postea glaucescit cū maturatur. Et habet interius viscositatem albam. & granum quod ē sicut granum oliue. Hic fructus colligitur et exficcatur donec passus sit: & est illud quo vtimur in medicina: & est medicamen medium in complexione sua in ca. & fri.

Operationes

A ¶ Isaac auctor. vt supra. Sebestē laxat vētrē febricitantium. confert tussi que est a caliditate ⁊ siccitate. ⁊ lenit pectus. ⁊ sedat catarruʒ calidum stipticum propter eius humiditatem.
B ¶ Et confert ardori vrine que fit propter mordicationem cholere in vesica ⁊ in renibus. ⁊ expellit vermes intestinorum: quia adherent ei propter dulcedinem suaui.

Capitulum. ccccxxvi.



f Emen lumbricorum latine. Grece Albasan. Arabice Kanbel. Scrapion li. ag. c. Kanbel. idest semen lumbricorum. Assimilat eniʒ harene. ⁊ ascendit super ipsum glaucedo. ⁊ est in substantia eius stipticitas fortis. ⁊ expellit ascarides.

Operationes.

A ¶ Sera. auc. Almansoris. Kanbel vel kanabel: idest semen lumbricorum. est calide complexiōis: ⁊ expellit ascarides ⁊ cadit super terram albam: ⁊ non seminatur. Et est vna de rebus que cadit de celo.
B ¶ Et idem auc. Aluismen. Kanbel est res in qua est glaucedo. solidantur cum ea olle quādo frangūtur. ⁊ dicitur ꝙ reperitur super terram in corasceni postꝙ̄ pluit: ⁊ colligitur tūc.
C ¶ Et quando bibitur tritum expellit lumbricos ⁊ ascarides: ⁊ laxat ventrem.

¶ Auic. li. ij. cap. Kanbel. Kanbel ca. est in tertio gradu. Et est semen arenosum quod cooperit rubedo que est minor rubedini lapidis in felle bouis reperti. ⁊ in ipso est stipticitas vehemens: iterficit vermes ⁊ ascarides: ⁊ expellit eos. C

Capitulum. ccccxxvii.



f Ene arabice grece ⁊ latine. Serapion li. ag. ca. sene. Sene quando desiccatur reponitur. Et ipsuʒ habet vaginas oblongas in quibus sunt semina ordinate disticta. ⁊ ille vagine habent pediculum subtilem. que adherēt ramulis: ⁊ quando agitantur vagine a vēto cadūt: ⁊ pastores colligunt eas.

Operationes

¶ Serapion auc. Hubix. Uirtus eius est calida ⁊ sicca: tamen pauce caliditatis ⁊ siccitatis eis est prope caliditatem ipsius. ⁊ habet virtutem magnam quando peruenit ad stomachū purgandi melancholiam ⁊ choleram. Et fortificat substantiam cordis quando miscentur cum eo medicine quas dixi iuuare sicut viola: et potio decoctionis plus confert quā ipsuʒ tritum. Et dosis sicci triti eius est a. ʒ. ij. ⁊ in decoctione. ʒ. v. A
¶ Et idem auctoritate Rasis. Sene ⁊ fumus terre purgant humores adustos: ⁊ cōfert sca- B

bici ꝛ pruritui.

E ❡ Iohan. Mesue. Sene est folliculus plante quam vocant Perse alzemer. Et inuenitur ex eo domesticū ꝛ siluestre. Et melior pars plā te est folliculus: deinde folia. Et melior follicu lus est cuius color declinat ad viriditatē ꝛ sub nigredinem quandam: ꝛ in quo est de amari tudine res modica ꝛ stipticitate. ꝛ qui ē magis completus. ꝛ in quo sunt semina ampla com pressa. Sub albidus autem non est bonus ꝛ ī completus. Similiter ꝛ folia sunt meliora viri dia. Subalbida vero ꝛ tenuia sunt bona. ꝛ an tiquū ex eo est sine spiritu. ꝛ stipites eius sunt in utiles: est calida in principio secundi. sicca in p̄ mo ꝛ folia sūt in primo calida. ꝛ est abstersiuū. mundificatiuum conuenienter: ꝛ resolutiuū. Debilis est ꝛ tarde solutionis. ꝛ debilitat sto machum.

D ❡ Confortatur cum rebus acutis sicut zinzi ber ꝛ sal gēma ꝛ medicine cordiales ꝛ stoma tice cum eo felicitant opus eius.

E ❡ Et Galienus. Cum iure gallorum aut car nium soluit sine molestia: ꝛ si infundatur in aq̄ casei cum spica. deinde coquatur parum: ē me dicamen bonum. Solutione educit enim cum facilitate melancholiam ꝛ choleram adustam ꝛ mundificat cerebrum cor ꝛ epar ꝛ splenem: ꝛ membra sensuum: ꝛ pulmonem. ꝛ cōfert egri tudinibus eorum ꝛ aperit oppilationes visce rum: ꝛ conseruat ventrem ipso in iuuentute ꝛ generat gaudium. Causam autem tristicie amputat.

F ❡ Et ponuntur folia eius i lanacris ad caput ꝛ propria cum camemilla. Confortat cerebrū ꝛ neruos. ꝛ scđm oēm modum administratio nis eius addit in visum: ꝛ corroborat auditū.

G ❡ Et est medicina bona febrium melancholi am ꝛ antiquarum. Dosis eius infusi potio est ab aureis. ij. vsq; ad. 3. i.

H ❡ Platearius. Sene est herba calida ꝛ sicca que in transmarinis partibus nascitur mari me circa babyloniam ꝛ in Arabia. vel in con finio babylonie ꝛ arabie. Folia tantūmodo cō petunt vsui medicine. per annos decē seruat.

I ❡ Et virtutem habet dissoluendi attrahēdi ꝛ purgandi flegma. principaliter melancholi am. Sed cum per se datur principaliter in de coctione poni debet in quantitate vnius. 3. Cū autem cum aliis in quātitate medie vel tertie

K partis. ❡ Contra melancholicas passiones: epilentiā quartanā hemorroidas. cōtra vitiū splenis ꝛ epatis ꝛ syncopim epilenticam.

L ❡ Ad idem quoq; valet syrupus ex succo feni culi ac sene cum zuccaro: ꝛ maxime contra vi cium splenis.

Capitulum ccccxxviii.

A Enecion. Vsi. li. ethymol. Senecion dr̄ φ vere primo senescat. vñ ꝛ eam la tini senecionem vocant. Greci origa non. Nascitur per macerias.

Operationes.

❡ Dia. Senecion nascit̄ i tectis ꝛ in petris: et hʒ folia virida ꝛ densa. tyrsum subrufū. ꝛ i ei' sūmitate capitella in modū viticelle. vires hʒ stringentes: eadēq; facientes q̄ ꝛ plantago. A

❡ Cum aceto cataplasmata valet ad neruoꝝ incisiones. cū vino autē dulci testiculorū inflā mationē tollit. Folia enī eius frigida sunt. B

❡ Ex herbario. Senecia tusa cū axungia: ꝛ i posita vulnera sanat etiā recētia stomachi quo q; ꝛ pedum lumborū ꝛ toxarum atq; neruorū dolorem tollit. ad podagram etiam tusa ꝛ in posita cēq; pedibus proficit. C

❡ Actor. Senecio dicitur ꝛ carduus benedi ctus: sicut in synonymis legitur. Aliud est se nacio videlicet Nasturcium aquaticū: de quo superius dictum est de. N. D

❡ Macer. Origeon greci nos senecio vocita mus. Quod similis canis videatur flore capil lis. Nascitur in muris: in ortis ꝛ tegulatis. Il lius herbe vis frigida dicit̄ eē. In medicinali E

radix

radix non ponitur vsu. Flores cum folijs tun-
dens infundito vini. Per modicum dulcis et
sic repercfacta tumori. Hec simul apponas ani
vel testiculorum. ⁊c.

Capitulum. ccccxix.

Serpillũ. Sii. Serpillus dr eo φ radi
ces eius lõge serpant. Eadem ⁊ infis
animola dr eo φ menstrua moueat. Palladi
us lib. iij. Mense marcio serpillũ plantis ali-
quod semine serit sed vetusta melior. leti° frõ-
debit: sed iuxta piscinam vel lacum vel putei
margines conseratur. Plinius lib. xx. Serpil
lum a serpendo putant dictũ: quod in silvestri
euenit: maxime in petris. Satiuum nõ serpit
sed ad palmi altitudinem increscit. pinguis vo
luntarium in candidioribus folijs ⁊ ramis ef-
ficax est aduersus serpentes marinas scolopen
dras terrestres atq3 marinas. Idem Pli. ca.
de serpillo. Serpillum idez est quod herpillũ.
Quãq3 sumit pro polygonia. vt in Alexandro
de dolore capitis ex causa calida. Et dr serpil-
lũ qz sup terrã serpit. Et est aliud silvestre: ali
ud domesticũ. Domesticũ ramos diffũdit sup
terrã. Siluestre in longũ crescit ⁊ altum. Pã
decta ca. d. lxxi. Nuinir arabice vel mestratir
miseri. grece serpillum vel herpillus. latine se
rapullum. Serapion libro aggregatoris ca-
pitulo Namir. aucto. Diaf. Est de eo dome
sticum ⁊ silvestre: sed domestica est planta in-
clinata super faciem terre iacens: ⁊ quod d ea
tangit terram infigit in terra radices ⁊ habet
folia ⁊ ramos ⁊ similia folijs ⁊ ramis origani:
nisi qz sũt albiores ⁊ in odore suo est aliquantu
lum ex odore maiorane. ⁊ vtuntur ea multa i
cibis ⁊ nominant eam multi arclas ⁊ arclanẽ.
Sed silvestre ex eo nominatur ragis: quo non
inclinatur sicut aliud super terraz in ortu suo.
Imo stat erectũ ⁊ habet ramos subtiles ligno-
sos adeo φ possumus facere ex eis licinia ad lu
men accendendum: ⁊ ramuli sunt longi circa
palmum pleni. folijs rute similibus. nisi quia
sunt strictiora ⁊ longiora. ⁊ duriora folijs rute
⁊ flores acuti saporis: ⁊ odoris boni: per singu
los ramos distinctos. Cuius color est in sum-
mitate eius purpure°. Et habet radices in q̃-
bus non est iuuamentum. Nascit in rupibus
⁊ in locis lapidosis. ⁊ est fortius ⁊ calidius do-
mestico ⁊ admiscetur in medicinis. Et est alia
species agrestis vel silvestris: ⁊ est sisna barió.
nascitur in locis habitabilibus ⁊ domesticis. ⁊
est similis mente: nisi quia sunt ei folia latiora
φ mente. meliorem odorem habentia. Et idez
auctoritate Gal. Substantia eius est subtilis
que calefacit ⁊ desiccat in tertio gradu.

Operationes.

Diascorides ca. de Serpillo. siue vt latini A
dicer erraticum. Herba ẽ humilis ⁊ sup terrã
repens cum folijs atq3 ramis origano simili-
bus. albidioribus tamẽ. saniq̃ sui odorẽ fingen
tib°. Et ei° spẽs sunt due. Vna hortualis siue
vsualis: q̃ in cãpis lapidosis crescit. Alia agre
stis: que nõ p terrã serpit: s3 recta atq3 stipitis
positiõe erigitur cũ ramulis tenuib° atq3 hor-
rẽtib° in lõgitudine bipalmis: cũ folijs paruis
rute silib°: s3 angustiorib° ⁊ lõgiorib°. cui° ha
sta filis est farmento. Florem odorem suauis
habens in omnibus virgis constitutũ ⁊ in sũ-
mitate purpuream ⁊ linguã remordẽtẽ: ⁊ gu-
stu viscidum. radix ei° inutilis est. nascitur lo-
cis saxosis. Est aũt vehementior ⁊ calidior ea
que est vsualis: que ideo accepit nomen herpil
lum: qõ greci herpete repere dicũt: qz ambu-
lat. Nã fruct° hui° plurimũ ambulat fructiũ
cãdo. Auicẽ. li. ij. ca. mesceatramesir. Mes- B
catramesir siue mescarrasir ẽ: cui° stipites sũt
similes ascebesabzam sicco. Ex quo non assu-
mitur in principio cibi sapor plurimus neq3
odor. Deinde succedũt amaritudo ⁊ acuitas
⁊ est diuersarum specierum: ⁊ vna est debilior:
alia est calida ⁊ sicca proueniens ad tertium.

C ℂ Sera.auc.Dias.Serpillū puocat mēstrua qñ sumit̄ ī potu ⁊ vrinā.⁊ ɔfert tortōib⁹ vētris ⁊ attritiōib⁹ musculoꝝ ⁊ sūmitatū coꝝ:⁊ apostematib⁹ epatis calidis.⁊ ē bonū ɔ̄ nocumēta venenoꝝ qñ bibit̄.Et fit emplastrū cū eo super
D morsū.ℂ Et qñ coqtur cū aceto ⁊ admiscet̄ ei oleū rosaꝝ ⁊ pijcit̄ sup caput sedat sodā.⁊ ē cōueniēs ppꝛie letbargie ⁊ carabito.Et qñ sumitur ī potu ex eo cū aceto.ʒ.iiij.sedat vomitū sā
E guinis.ℂ Et idē auc.Ga.Semē ei⁹ ē fiūr calefactiuū.⁊ iō gdā exbibēt illud in potu babētibus
F bus sincopim ⁊ tortiones in vino.ℂ Et idem auc.Dias.Pēt virtutē calefactiuā qñ semen ei⁹ bibit̄ cū vino.⁊ cōfert distillatiōi vrine:⁊ lapidi:⁊ tortionib⁹ vētris ⁊ syncopi.⁊ fit emplastrū cū eo ad pūcturā apuꝫ:⁊ qñ sumit̄ in potu
G sedat vomitū.ℂ Et idē aucto.Aben mesuay. Aperit oppilationes viarum:⁊ babet virtutē
H confortandi multum in punctura. ℂ Dyas. Uirtutem babet cōstrictiuam siue redarguētem.menstruis imperat.vrinam prouocat.bibitum tortiones ⁊ conquassationes vtiliter curat.tumoreꝫ capitis compescit.Morsibus venenatis occurrit.bibitum ⁊ impositū id pstat. Colorem capitis cū aceto cocto oleo rosaꝝ addito cōpescat:maxime letbargicis ⁊ frenetícis adbibitus pdest.Nauseam puocat.Itē emoptoicis mederi dicitur.ʒ.iiij.cum aceto datis.
I ℂ Gal.vi.sim.pbar.c.de Serpillo: nominat ipsum multisusubat.Sapor ei⁹ est fortiter acutus:⁊ virtus eius est calida subtiliatiua:⁊ resolutiua.⁊ prouocat vrinam ⁊ menstrua.
K ℂ Auicen.Quando pascunt cum pecudes facit emulgere sanguinem ⁊ excusat a calamento.immo fortius est eo plurimum.⁊ extrabit bumiditates viscosas a pectore ⁊ pulmone. Syrupus eius confert conturbationi ⁊ nausee:prouocat menstrua fortiter ⁊ vrinam.
L ℂ Platearius.Serpillum est ca.⁊ sic.Et est duplex:Domesticum ramos super terram effundit.Siluaticum in longū crescit in altum. Folia ⁊ flores eis medicine competūt:valet cōtra frigidum rbeuma.contra tussim:cōtra frigiditatem stomacbi.⁊ dolorē ex ventositate.
M ℂ Ex berbario.Serpillū qđ in mōtibus saxosis nascatur efficacius est ad medicinam. Huius tunsi exsiccati puluis cum aqua calida potatus mēstrua mouet.vrinaꝫ prouocat. tortiones viscerum ⁊ tormentorum ruptiōes sanat. Idē valet ad capitis dolorē.⁊ ad serpētū ict⁹.
N ℂ Macer.Serpillū veteres dixerūt ꝙ quasi serpat.Terre vicin⁹:buic feruida siccaqꝫ vis est.Acri cū vino tritū cōtundis oliuo.cui rosa dat nomen.boc vnguine p linee frontē.Egroti capitis solet boc sedare dolorem. Nidor cōbusti serpentes effugat omnes.

Capitulum. ccccxx.

f Erapinum.latine ⁊ grece. Sacb abenem arabice.ℂ Serapion libro aggre.capi.Sacbabenem siue Sacbabengi aucto.Dyascoridis.Est gummi cuiusdam plante:similis galbano in figura sua.Et est vna ex speciebus ferule:sicut apparet in capitulo.Ferula.Melius autem ex eo est claruꝫ exterius rubeum:⁊ interius album. Odor ei⁹ est inter odorē asefetide ⁊ odorē galbini.

Operationes.

ℂ Serapion auctoritate Dias. Confert dolori pectoris.⁊ attritioni lacertorum:⁊ tussi antique:⁊ aufert superfluitates grossas que sunt in pulmone:⁊ curat epilenticos ⁊ spasmum:cū facit declinare caput ad posteriora:⁊ valet dolori splenis ⁊ paralysi. A
ℂ Et illi q amisit sensum ⁊ motū alicui⁹ membri causa frigiditatis q̄ accidit neruis ⁊ custodit corp⁹a frigore.⁊ maxie vō a frigore febriū periodicarum B

periodicaꝝ.⁊ fit cū eo inunctio i doloꝛib⁹ ma-
gnus ⁊ confert. Et qñ bibitur cū hydromelle ꝓ
E uocat menstrua:⁊ interficit fetū. ¶ Et qñ bibit
cū vino cōfert moꝛsib⁹ venenatis ⁊ qñ odoꝛat
D cōfert suffocationi matricis. ¶ Et qñ linit cuꝫ
aceto sup cicatrices attenuat eas ⁊ ipsū abster-
E git vestigia vlcerū oculoꝝ. ¶ Et cōfert obscu-
ritati visus:⁊ aque q̄ descēdit ad oculū: ⁊ ꝓhi
F bet eā. ¶ Et dissoluit sicut dissoluit aqua cum
amygdalis amaris:vt ruta:aut pane calido.⁊
sic administrat ad ea q̄ diximꝰ.⁊ est ꝯtrariū ve
G nenis moꝛtiferis. ¶ Et aliqñ teritur cum ace-
to ⁊ linitur sup boꝛdeolum:⁊ aufert ipsum.
H ¶ Et confert cholerice:⁊ qñ sumit i potu: aut
fit cū eo clystere purgat flegma grossū qđ est i
iūcturis.⁊ mollit ventrem mollificatiōe cōpe-
I tēti. ¶ Et confert hermoꝛoidis qñ sumit sim-
plex aut cōpositū:⁊ est ꝯueniens medicinis la-
xatiuis acutis:⁊ expellit ventositates grossas.
⁊ dissoluit lapidem:⁊ cōfert rigoꝛib⁹ febꝛium
K ⁊ auget sperma. ¶ Et est bonū epati.⁊ purgat
aquā citrinā:⁊ cōfert pūcturis scoꝛpiōis ⁊ con
fert ventositatib⁹ intestinoꝝ ⁊ costaꝝ.⁊ purgat
flegma viscosū ⁊ dosis eius simplicis est.a.ʒ.i.
vsqꝫ ad aureū.i.īfusi aliqua decoctiōe. aut i eq̄
rute:aut aque mellis:aut fenugreci. Et si ad-
miscet cū alijs medicinis infrigidat.⁊ sic dosis
eius est.a.ʒ.ß.vsqꝫ ad.ʒ.i. Et melius ē illud cu
ius coloꝛ declinat ad rubedinem.⁊ est claꝝ ha
bens odoꝛem bonū ⁊ acutū sapoꝛem.
L ¶ Et cōfert doloꝛib⁹ hermoꝛroidaꝝ qñ bibit
simplex aut cōpositū.est cōueniens administra
ri cū medicinis laxatiuis:⁊ ꝓhibet difficultatē
aut grauedinē eaꝝ sup naturā.⁊ resoluit ven-
tositates grossas q̄ generant in coꝛpoꝛe.
M ¶ Gal.viij.sim.far.ca.de sarapino. Serapi-
nū opos est ca.⁊ subtiliū partiū silr alijs opis.
Hꝫ aūt ⁊ qđ abstersiuū quoꝛ cicatrices q̄ i ocu
lis expurgat ⁊ subtiliat.qnimmo suffusionib⁹
ꝓpter grossiciē humoꝝ fientib⁹ bonū est pharmacū.
Ipsa vō planta ex qua fit ferule similis
existens debilis ⁊ inutilis est.nominatur auteꝫ
N principalius illa serapinū. ¶ Opos enī ei⁹ ab
vtentibus noiat ita sicut ⁊ alia multa ꝓpter de
fectū vocabuli noīam⁹ abusiue meli⁹ erit ipsū
nō serapinū.sed opus serapini dicere.
O ¶ Paulus ca.de serapino. Cali.est ⁊ sic.i ter-
tio gradu. Et ipsum dissolutum in succo rute
frangit lapidem ⁊ facit vrinare. Et fit colliriū
P contra pannū oculoꝛum. ¶ Et confert obscu-
ritati visus ⁊ aque descendenti ad oculū: cui⁹
receptio est hec. Recipe serapini.ʒ.i. dissoluat
in.ʒ.i.succi.chelidonie zuccari.ʒ.ij. et distille-
tur cum lacte mulieris ana equaliter.

Capitulum. cccclxxi.



Esama vel sesamo. Plinius sesama
S venit ab Indis:ex qua oleuꝫ faciunt
⁊ est candidi coloꝛis. Est autem ex esti
uis frugibus que in estate ante virgulaꝝ ex
oꝛtu seruntur. Eiusqꝫ fructus vasculis sicut ⁊
papaueris includitur. Hec quidem sic miliū ⁊
panicū:⁊ oia estiua maturant a floꝛe dieb⁹.xl.

Operationes

¶ Plinius. Sesamam vt pinsatur in cap.aq̄ A
maceratam conuenit expoꝛrigi deinde confri-
cari.⁊ frigide imergi vt palee fluitent iterūqꝫ
in sole super linthea expoꝛrigi. Quod nisi festi
nato peragatur:liuido coloꝛe mutescit. Ipsa
vero q̄ euoluuntur alia euoluantur. variaꝫ ha
bent pistararum rationem acus vocatur cuꝫ ꝑ
se pinsitur. Spica enim ad vsus aurificuꝫ. Si
vero in aera teritur cum stipula:palea maioꝛe
parte terrarum paulo iumentoꝛum.
¶ Idē in libꝛo.xxij. Sesamia trita inhibet vo B
mitiones. Auriumqꝫ inflammationi illinit et
ambustis. Eadem ⁊ dum in herba est efficit.
Amplius in vino decocta imponitur oculis :
stomacho autem est inutilis cib⁹:⁊ animo gra
uitatem facit. Stellionum moꝛsibus resistit:
vlceribusqꝫ que cocoethe vocant.

C ¶ Et aurib⁹ pdest oleū qd ex illa fit. Sesamoi
des a similitudine nomen accepit. grano ama
ro ⁊ minore folio. nascit in glareosis. Bilem i
D aqua potū detrahit. ¶ Et eius semē illinitur
igni sacro: pannosq₃ discutit. Est enī nūc aliud
sesamoides. videlicet antyare nascens: qd ob
hoc aliq vocāt anticiricon. Cetero simile erige
E ronti herbe. ¶ Granū sesame in vino dulci ad
detractiones daf quātū trib⁹ digitis capitur.
Miscēt etiā hellebori albi vinū ⁊ dimidiū obu
lum purgationi eam adhibētes maxime insa
ne melancholic. comicialibus quoq₃ ⁊ poda
gris etiā p scdragme pondere exinanit.

Capitulum. ccccxxxii.

Eride. Plinius li. xx. Seris lactuce
f similia. duoꝝ generum est. Siluestris
melior est nigra ista ⁊ estiua. Deteri
or hyberna ⁊ candidior est.

Operationes.

A ¶ Utraq₃ stomacho vtilissima. pcipue quē hu
mor vexat. ⁊ cum aceto in cibo refrigerant. vel
illite discutiuntq₃ ⁊ alios q₃ stomachi.
B ¶ Cum polenta siluestrium radices stomachi
causa sorbentur ⁊ cardiacis sup sinistrā mam
mam illiniuntur. ex aceto podagris ⁊ sangui
nem reiicientibus vtiles sunt omnes hee.
C ¶ Itēq₃ qb⁹ genitura fluit alterno dierū potu.
D ¶ Dyas. Seridis due sunt spēs. Una v₃ agre
stis: ⁊ alia ortiua ē. Agrestis qdem pinguis et
citonō est appellata. ⁊ h₃ folia lata. Altera ve
ro sc₃ ortiua species h₃ duas. Una quidē h₃ la
ta folia lactuce similia. Altera vero est amara
⁊ h₃ folia angusta. Omniū virtus est stiptica ⁊
eustomacha. ¶ Uentrē abstinet cum aceto co E
cta maximeq₃ agrestis. vexatū stomachū con
firmat. ⁊ estuatiōes mitigat sola cū₃ polenta i
posita blādit. cardiacis ⁊ oculoꝝ tumori sub
uenit. folia imposita vt cataplasma: mitigant
scorpii pcussuꝫ. ¶ Ipsa quoq₃ addita polētis F
⁊ iposita. cōpescit ignē sacrū. Mixta cū aceto
ac cerusa olbus calidis rebus opitulatur.

Capitulum. ccccxxxiii.

Pelta Pādecta. ca. cclxxv. Futa ara
f bice. vel fult vel hals vel halca. Grece
bēge vel tragus vel zeia vel elluca. lati
ne vo spelta. Sera. li. ag. c. fult. idest spelta: et
ipsa est sicut ordei granū. Et sūt ei⁹ due spēs.
in vna inueniunt duo grana. ⁊ i alia vnū: ⁊ qdl₃
granū i cortice suo ⁊ ipsū qdē minus nutrit q₃
ordeū: ⁊ ē boni saporis. Panis eni₃ q ex eo fit
minus nutrit q₃ panis tritici vel ordei.

Operationes

¶ Sera. auc. Dias. Tragus .i. spelta. figura A
eius ē figura grani: q dr cādarulū. ⁊ ē minoris
nutrimēti: q₂ multū h₃ de furfure. ⁊ nō est fa
cilis digestionis. ⁊ mollit ventrem.

B ¶ Et idem auc. Pauli. Tragus est spelta: et est ex speciebus granorum mala stomacho: et
C lenit ventrem. ¶ Et idem auc. Ysaac. Est fri. et humi. viscosa. Gal. j. lib. de edulijs. c. zeya
auc. Dyas. Zeya duplex. Hec quidem est simplex: et vocatur kyrinon: hec autem dykokkos vocatur: in duobus quidem in volucris: coniugatum habens semen: minus autem tritiua frumentis. Est enim profundarum radicum et multorum calamorum: fructus aut leuissimus et affectatus ab omnibus animalibus. Est autem simile frumentis in frigidis regionibus cultum: fit autem magis nutritiua: si cum ordeo aptaque stomacho farina facta ex eo et frumento fiunt pultes: est autem satis nutritiua et facile elaborabile: magis aut
D subcitatiuum ventris. ¶ Et idem. vj. simpli. far. capitulo zeya. Zeya siue spelta mediam quodammodo virtutem habet inter frumenta et ordea. Et ideo innotescat tibi per ea.
E ¶ Sera. Mollit naturam et generat inflationes et rugitus: et est bona viscositatibus pulmonis et pectoris: et forti tussi. Nam fiunt ex ea loboc et pultes: et prouocat vrinam et mundificat renes et vesicam.

Capitulũ. cccccxxxiiij.

Symphicum: Dyasco. Symphicum
C nascitur in locis asperis habens virgas origano similes ac tenues: capita vero sicut thimum: virge lignose sunt et odorate: gustuque dulces: flegma prouocantes. Radix est illi longa et obrussa in modum digiti grossa. ¶ Sympatos. Ysid. Sympatos grece dictus est: eo quod tantam radicis virtutē habeat: vt frusta carnis si cacabo aspersa coagulet. Synapiagrion vel vt dicūt latini scandalicum. i. pes pulli: nascitur in tumulis et super tegulas. Herba est habens folia minuta et angusta duobus digitis longa: in summo diuisa et pinguia. Virgam profert in medio duorum palmorum cum paucis ramulis: in quibus fert semē cardamo simile: latū: obrotundum ac veluti conquassatum: vnde et vocatur talaspium. Greci nanque thalasse dicunt frangere siue quassare: florem habet album. Virtus est ei et semini termantica atque acra.

Operationes.

¶ Dyas. Potui datum vehementer purgationem facit superiorum ac inferiorum. Sciaticis medetur per clystere adhibitum. Menstruis imperat bibitum. Collectiones in aceto bibitum rumpit. Aborsum facit. A
¶ Idem. Symphicum elixum in mulsa: pulmonem purgat: reijcientemque sanguinem: aut nefreticos cum aqua medicinaliter iuuat. Radix eius cum aqua cocta et bibita fluxum mulieris abstringit. Dissintericis quoque proficit. B
¶ Cum orinelle data conquassationes atque dolores lateris saluberrime curat. Masticata vero sitim amputat: et asperedinem faucium mitigat. Vulneri recenti paracolesim facit. Enterocceliacos bibita et cathaplasmata optime curat: et carnes concoqui facit. C
¶ Aliud est simphicum quod piten est appellatum: hastam habet asperam duobus cubitis longam: angulosam et abintus inanem: in qua folia sunt aspera et angusta: sicut buglosse oblonga: angulos etiam habet ipsa hasta in quibus nascitur folia: flores hꝫ mellinos. D
¶ Et semen super hastas sicut flomos. Hasta et frutex habent quiddam simile pulueri qd si carne applicatū fuerit: pruriginē facit. E
¶ Radix est ei nigra: que cum fracta fuerit apparet alba et muscilaginosa. Hec trita et bibita medetur emoptoicis: conquassationes reficit: et ani tumores spargit. F
¶ Cum vringithe folijs cathaplasmata facere potest omnia supradicta. Vulneri paracolesim efficit. Carnes incisas et in cacabos missas in se glutinare facit. G

Capitulū.ccccxxxv.

f Sinonum. Pand.cap.dcxlviij. Quidam dicunt q̄ hec est herba que dicitur pes milui: quidā dicunt q̄ est alexandrum: sed falso. Nam neutrum istorū est verum: q̄m non est pes milui qui vocatur pepanus: q: pes milui habet folia satis maiora z pinguiora: z flores satis a floribus sinoni differentes: quoniam pes milui facit flores multos z albos simul cōiunctos in capite stipitis apparentes: sicut cauda gatte: z eius herba sicut valeriana. Sed sinonum recte florescit sicut petrosilinū vsuale: secūda facit folia sed maiora non est similiter alexandrum qđ facit semina nigra rugosa vtcūqz curua z magna sicut git. Sed sinonum ɓm Dyasco. z Plinium facit semina sicut apium z ameos. Vnde ɓm veritatem sinonum est petrosilinum macedonicum. Quoniam Dyasco. dicit: Sinoni semen est minutum simile apio: sed oblōgum z nigrum: gustu calidum diureticū valde zc. Et dicitur sinonū: q: nascitur in syria prouincia regionis macedonie.

Operationes.

A Dyasc.ca. de petrosilino quod nascitur in macedonia in criptis z speluncis. Semen est minutum simile apio vel ameos odoratum z viscidum z aromaticum z diureticum valde, Menstruis imperat Inflationes stomachi z colli compescit calefaciendo z siccando. Ni mis tortionibus subuenit. Dolorem laterū mitigat. Nefreticis z vesice dolori subuenit. B

Prouocat abundanter vrinam: maxime cū vino datū: diureticis antidotis miscetur. C

Paulus caꝑ. de petrosilino macedonico; D Petrosilinum macedonicum cuius semē de syria affertur. Uel semen est minutum simile apio diureticū valde: nascitur circa petras: semen z folia similia apio: semēqꝫ eius odoratum z diureticum valde: vnde petrosilinum vocatur: quoniā multotiens in petris nascitur: quod multi petrapium dicere consueuerunt. Quia idem sunt sinonum z petrosilinū macedonicum: quod latine dicitur petrosilinum agreste. Lege capitulum Petrosilinū.

Multi sinono vel macedonico carētes vtū E tur alexandro: quoniam sunt eiusdem virtutis. Uirtutem sinoni vel macedonici: vt inuenies in capitulo Petrosilinum.

Capitulū.ccccxxxvj.

f Sinapis. Pād.ca.cxlviij. Chardel arabice: Grece ⲛo z latine sinapis. Sinapis duplex est species. Una est cuius semina exterius sunt subnigra: tertius vero alba. Alia cuius semina exterius z interius sunt alba: z habent vnam virtutem: sed prima species est acutior secūda. Et componitur sinapis

nitur sinapis a semi ⁊ napus: q2 tenet mediū inter sinapim ⁊ napum: est calida ⁊ sic. in medio quarti gradus. ¶ Sera. lib. aggre. capi. Chardel: auc. Dyasco. capi. Chardel: id est sinapis. Et est illud eligendum quod non est nimis siccum nec extenuatuz: ⁊ habet granū grossum: ⁊ si frangitur est album interius: ⁊ est humidum: nam istud est tale nouuz bonū. ¶ Idem auct. Gal. est ca. ⁊ sic. in. iiij. gradu. ¶ Aui. lib. ij. capi. de sinapi. Sinapis est calida ⁊ sicca in quarto gradu.

Operationes.

A ¶ Sera. Uirtus foliorum est calida vlceratiua: ⁊ propter hoc pungit multum: quando teritur ⁊ miscetur cum radice enule: ⁊ dimittitur super locum per spaciuz hore: ⁊ confert sciatice vlcerose ⁊ spleni.

B ¶ Et linitur cuz eo scabies vlcerosa ⁊ aufert eam: ⁊ aufert maculas vnguium: ⁊ cōfert qū radix eius suspenditur in collo habentius dolorem dentium: nam sedat eum.

C ¶ Idem auc. Dyas. Sinapis virtus eius est calida ⁊ subtiliat ⁊ attrahit qū masticatur: ⁊ quando teritur ⁊ miscetur cum aqua: ⁊ tēperatur cū ydromelle: ⁊ fit inde gargarismus.

D ¶ Confert apostematibus radicis lingue: ⁊ antique asperitati pulmonis facto cuz eo gargarismate. Et quando fit cum eo emplastruz cum rebus conuenientibus ad hoc resoluit scrofulas.

E ¶ Et qū teritur ⁊ applicatur naribus cōmouet sternutationē: ⁊ cōfert epilēticis excitans eos ⁊ mulieri q̄ patiē suffocationez matricis.

F ¶ Et cōfert litargie quando fit emplastrum cuz eo super caput: postq̄ fecisti capillos eius abradi: ⁊ quando admiscetur cum caricis ⁊ ponitur super cutim donec rubeat cōfert sciatice ⁊ duricici splenis: ⁊ est conueniens proprie doloribus antiquis: quando volumus attrahere aliquem humorē ad exteriora: ⁊ quādo fit emplastrum cum eo: curat alopiciam.

G ¶ Et quando miscetur cū melle ⁊ adipe: aut cum cera ⁊ oleo dissoluta: mundificat faciez: ⁊ aufert maculam seu liuorem qui fit sub oculo: ⁊ coquitur cum aceto: ⁊ linitur cum eo scabies vlcerata ⁊ empetigo.

H ¶ Et quando teritur grosse ⁊ datur in potu confert febribus periodicis: ⁊ confert grauitati auditus ⁊ tinnitui auriuz. Et quando teritur ⁊ admiscetur cum aqua ⁊ melle: ⁊ fit inde collirium: confert obscuritati visus: ⁊ pruritui palpebrarum.

¶ Auicen. Sinapis incidit flegma ⁊ oleum eius est calidius oleo raphani: ⁊ fugiunt ex fumo eius vermes venenosi: ⁊ illa que est siluestris generat humorem malum. Et in ipsa sunt abstersio ⁊ etiam resolutio. I

¶ Et homines qdā comedūt folia eius: ⁊ radicem eius elixatā: ⁊ mūdificat faciē: ⁊ aufert occultationem ⁊ vestigia sanguinis mortui. K

¶ Et siluestris est bonum emplastrum sordiciei: ⁊ excitat linguam: ⁊ confert alopicie: ⁊ resoluit apostemata cali. ⁊ omne apostema antiquum: ⁊ ponitur cum caulibus super scrofulas: ⁊ confert scabiei: ⁊ empetigini ⁊ cōfert ad dolorem iuncturarum ⁊ sciatice. L

¶ Et mūdificat humiditates que sunt in capite: ⁊ fit ex ea emplastrum capiti eius qui patitur litargiam. Et aqua eius distillatur ad oēm dolorē auriuz: ⁊ molaris. Et silr̄ eius oleū ⁊ ꝓprie qū decoqtur in ipsa assa: ⁊ est ex medicinis aperiētibus, colatorij oppilationē. M

¶ Et dixerunt quidam q̄ si bibatur a ieiuno intellectum efficit bonum. N

¶ Et administratur in alcohol oculi ad pannum ⁊ asperitatem si teratur ⁊ bibatur cum aqua mellis: aufert asperitatem antiquam in canna pulmonis: ⁊ extenuat splenem: ⁊ facit sitim: ⁊ confert prefocationi matricis: ⁊ facit desiderium coitus. O

¶ Pli. lib. xx. Sinapis ad serpentum ictus ⁊ scorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum venena discutit. P

¶ Contra pituitam tenetur in ore donec liq̄scat: aut gargarizatur cum aqua mulsa. Ad dentium dolorem manditur: ad vuaz gargarizatur cum aceto ⁊ melle. Stomacho vtilissimum contra omnia vitia pulmonibusq3. Q

¶ Excreationes faciles facit in cibo sumptū. Datur ⁊ suspiriosis. Sensus atq3 sternutamenta capitum purgat. Aluum mollit. R

¶ Additio. Rasis. viij. ati. auc. Aaron. Medicina excitans vomitum ad expellendum superfluitates ⁊ mitigandum asma. ℞. sinapis ʒ. i. salis. ʒ. i. boracis armenici. ʒ. v. nitri dauch. i. terantur: ⁊ de eis detur in potum cuz aqua ⁊ melle: mel autez debet esse. ℥. i. ⁊ aque ℥. v. Quod si cū asmate fuerit grossitudo epatis componēdum est in huiusmodi medicinis de policaria: absinthio: rubea: ⁊ aristologia. S

¶ Macer. T

Inter eas q̄s pitagoras laudauerat herbas:
Asseritur primam laudem tribuisse sinapi.
Quartus ⁊ gradus in vi sicca calidaq3.
Extrahit humores viscosos extenuatq3.

Comburitq3 cutem: vis est sibi tāta caloris. Maior vis eius in semine dicitur esse.

Capitulū.ccccxxxvij.

Iseleos. Pla. Siseleos idē est q̄ siler mōtanū. Et est in.ij.gra.ca.& sic. Semen eius medicine cōpetit: & x annos tres seruatur. Virtutē h3 diureticā dissolutiuam & cōsumptiuā. ¶ Pand. ca.dclj. Siseleos arabice vel aseegelios: grece sisali: latine siler montanū. ¶ Sera.li.ag.cap. siseleos: auct. Dyas. Siseleos folia h3 similia foliis feniculi: nisi q̄ h3 longiora & grossiora: & h3 bastam longā: in cuius summitate est corona in qua est semē lōgū & latum: hñs angulos: & grossum acuti saporis: foetis odoris. Et est illud qd̄ est in vsu & administratur in cibis & habet radicem longam boni odoris.

Operationes.

A ¶ Gal. viij. sim. far. c. siseleos f3 trāf la. ara. Radix huius plāte: & semē h3 caliditatē tātā q̄ puocat vrinā forti puocatione: & cū eo vir-

B tus subtilis q̄ ɔfert asmati & epilentie. ¶ Et idē eodē li. & eodē ca. f3 trāf la. gre. Siseleos radix qdē & fructus calefactiuū est intantū vt sufficienter vrinatiuū sit farinacū. Est aūt ex subtilibus partibus vt ad epilētias & orthop-

C mis cōpetat. ¶ Et Ser. auc. Dyas. Uirtus eius est calefactiua.s. radicis eius & seminis: & qñ sumit ex eis in potu prouocāt vrinā: & cōferūt coartationi anhelitus in qua op3 hoiem erigi: & asmati & suffocationi matricis: & prouocant mēstrua & expellūt fetū. ¶ Et cōferūt epi-

D lentie: & oibus doloribus īte stinoꝝ & interioꝝ membroꝝ: & qñ sumit de aliquo illoꝝ: aut ex vtroq3 cū vino in potu cōfert tussi antique: & debilitati digōnis: & tortionibus vētris: & de-

E bilitati epatis. ¶ Et qñ sumitur ex ea cū vino & pipere preseruat & defendit hoiem a frigore aeris: & pp hoc conuenit itinerātibus in hyeme. Et qñ boues & alia aīalia comedūt de hac planta tēpore coitus eoꝝ cōfert eis flatis ad impugnandū. ¶ Et idem auc. Aben me-

F suay. Est ca. & sic. in fine. ij. gra. incidit & dissoluit humores flegmaticos viscosos & congelatos. Et pp hoc apit vias oēs: & cānales oppilationes: & prouocat vrinā & menstrua: & cōfert asmati: & oibus egritudibus flegmatis.

G ¶ Pla. Contra asmata ex frigida causa datur vinū decoctionis eius & ficuū siccarū. Uel puluis eius cū ficubus siccis & assatis. Cōtra oppilationē splenis & epatis ac renū & vesice strāguiriā & dissuriā daf vinū decoctiōis eius

H ¶ Herba ipsa in vino & oleo cocta & pectini cathaplasmata strāguiriā & dissuriā soluit. Sed & fumigatio facta ex aqua vel vino decoctionis eiusdem herbe menstrua prouocat.

I ¶ Aui. Siseleos est in.ij.gra.ca.& sic. resolutiuum: mūdificatiuū carminatiuū. Siliter semen & radix eius sunt sedatiua doloꝝ īteriorum: & liq̄facit flegma congelatū: de ipso daf in potu aīalibus: & multiplicat coru3 partus.

K ¶ Constan. in. li. gra. Siseleos est ca. & sic. in digōnes adiuuat: vrinā & mēstrua prouocat. Matricis suffocatione3 curat: strāguiriam ex frigiditate dissoluit. Sanctituosis & diu ex humido tussientibus subuenit potata cum pipere & vino calefacit eos qui in itinere deficiunt: & propter hyemem frigescunt.

Capitulū.ccccxlviij.

Iderica. Dyas. Siderica siue heraclea habet folia prassio similia: f3 oblonga & aspera. Bastam habet quadram duobus palmis longam virgas lōgiores stipticas: & in gustu suaues: in quibus scilicet virgis capita obrotundā sicut verticelli: & sicut prassij oriuntur: & in eis semen nigrum inuenitur. Sub petra nascitur.

Operationes.

¶ Dyasco.

A ¶ Dyas. Folia eius trita paracolesim facibt mire vulneribus imposita. Alia est sydericis que bastas duobus cubitis habet longas ⁊ teneras. Folia que in ipsis basths pestpisteri similia: ⁊ diuisa in circuitu plurimū nascentia: sed in visu tenuia ⁊ longa. In acumine vero baste capitellū bꝫ rotundū ⁊ asperū in quo semen blete est simile obrotundū ⁊ durū. Est āt virtutis termātice similis supradicte. Tertiū est genus sideritis qd catebras. ¶ Heracleō dixit: ⁊ nascitur in parietibus sicut vitis. Habꝫ folia minuta teneraqꝫ multa ex vna radice nascentia coriādro similia. Huius baste duobus sunt palmis longe molles ⁊ albidiores: feni-
B ceos habet flores. ¶ Diasc. In gustu est mu-
scilaginosa: tritaqꝫ vulneribus recētibus pa-
C racolesim facit imposita. ¶ Pli. li. xxv. Panacem heracleon alij sideritē in cubitali scapo ramosū minutioribꝰ ꝙ feniculi folijs ab ymo vestitū. Alij fatent illā quidē vulneribꝰ vtile: sed verā achilleaꝫ esse scapo ceruleo pedali sine ramis ex ol parte singulis folijs eligāter vestitā. Alij quadrato caule: marrubij capitibus folia quercus: hanc quoqꝫ neruos pcisos glutinare faciūt. Aliā dicūt sideritem
D nascētē in macerijs. ¶ Cū teritur fedi odoris sed ⁊ aliā huic similē: cādidioribus tñ folijs ⁊ pinguioribus ac tenerioribus cauliculis in vineas nascētē. Aliā vero quincū cubitoꝝ exilibus ramulis atqꝫ triangulis filicis folio pediculo lōgo. Omnes āt vulneribus precipuos esse. Eam vero ex latissimo folio nři scopā regiam vocāt. ¶ Idē in li. xxvj. Sidericis vari- E
ces ad alligata minuit: ⁊ sine dolore prestat.

Capitulū. ccccxxxix.

Siliqua. Pand. cap. cxxi. Chabar-
F liub arabice: grece xilocarata vel siliqua vel keracium: vel keraca: vel taba siliqua: latine vaginella: vel carumba.

¶ Sera. lib. ag. cap. Chabarliub: sapor eius est stipticus cum pauca dulcedine. Et virtus earum que nō sunt recentes est siccatiua. Nā que desiccantur stringunt sicut faciunt cerasa: qr humiditas earum resoluitur: ⁊ remanet substantia terrestris que desiccat. Sed arboris earum est virtus desiccatiua ⁊ stiptica.

Operationes.

¶ Gal. ij. de cibis ca. de siliquis. De siliquis A
pessime sensi ꝙuis digerantur ⁊ ventreꝫ stringant: ⁊ humores noxios nutriant.
¶ Et idem in li. de chimis. Est kerachiū edu- B
lium pauci nutrimenti ⁊ ligneū ex necessitate ⁊ indigestibile. Nullū. n. ligneū bene digestibile: sed ⁊ nō egri celeriter nō pax ipsis existit malum: quare melius esset ipsa neqꝫ deferri ad nos ex orientalibus locis in quibus nascūtur. Est. n. cibus mulierū ⁊ puerorum effrenatorum nihil vtile ad sanitatis conseruationē:

neq3 custos stomachus est. Alimentum autez p a
C lamq3 z ipsum dat pauco corpori. ¶ Et ide3
in.li.sim.far. de xilocaracta. Arbor xilocara-
cte que vocatur centenicen est siccatiue z sti-
ptice virtutis: sicut z fructus eius quē vocaē
xilocaracta: participans videlicet de dulcēdi
ne quadam: patiuntur autem z hec simile ce-
rasi; humide.n. magis subducunt ventrem:
sicce aut̄ fiunt magis expirata quide3 humī
ditate: terrestri autem substantia remanēte.
¶ Paulus cap. de siliquis. Est quodda3 ge
nus silique que vocatur siliqua caprina: cui⁹
fructus est sicut myrtus: z folia sunt tracion:
fructus eius est in vaginis sicut lupinus: ha-
D bens formam fasioli. ¶ Dyas. ca. de siliquis
Silique recentes stomachum euertunt: eedē
siccitate in contrarium possunt: cibus earum
ad vrinam proficit cōmouendum. Traditur
ad stomachi dolorem non leue presidium esse
si in sextario aque ad dimidium coquantur:
hisq3 succus per dies qnq3 ɔtinuos hauriaē.
E ¶ Paulus. Siliqua caprina sufficienter cā
F cros medetur. ¶ Bartholomeus in lib. de
proprietatibus rerum inquit: Siliqua est ge-
nus leguminis sonoris follibus z vacuis: qd
magis onerat ꝙ reficit: vt dicit glosa super
G Lucam.xv. ¶ Item siliqua dicitur follicu-
lus cuiuscunq3 leguminis z purgamentum
ex quo porci nutriuntur.
H ¶ Ysi. autem lib. xvij. dicit siliquon: quam la
tini incorrupte siliquas vocant. Ideo tale no-
men a grecis accepit: q2 est arbor cuius fru-
ctus est dulcis: xilon quippe lignum dicunt li
quon dulce. Et huic sententie concordat.
I ¶ Pli. lib. xxiiij. vbi dicit: ꝙ fructus silique
sunt preduleces: z habent longitudine3 vnius
digiti z pollitarem latitudinem: quo2 cortex
K māducaē vt dicit. ¶ Idē lu.xv.ꝙ aliqui dixe
rūt eā esse ficū egyptiū: sed hic est error manī
festus: q2 in egypto non crescat: sed in Syria.

Capitulū.ccccxl.

Sisamus. Pande. Semyssem arabi-
f ce: grece sisaminum. Latine vero sisa
mus vel iozolena. Sera. lib. aggre. c.
semyssem: id est sisamus: auctoritate Gale-
ni. In eo est substantia vnctuosa quantitate
non pauca. Et virtus eius est que mollificat.
Et eadem virtus reperiē in oleo sicut in sub-
stantia: z aqua in qua coquitur sisamus ha-
bet eandem virtutem.

Operationes.

¶ Dyas. capi. sisaminon sm translatione3 A
gre. malū est stō: z comestū oris fetore3 facit.
Et idem sm translationem arabica3. Quā-
do fit emplastrum cum eo mollit duricies ner
uorum. Et curat conquassationes aurium: z
āpata calida que fiunt in eis: z cōfert combu-
stioni ignis: z dolori colico: z morsui anima-
lis quod df caractes. ¶ Et qñ miscetur cum B
oleo rosa2 sedat dolorē capitis qui fit a calo-
re solis. Et planta sisami qñ coqtur cu3 vino
facit hanc eandem opationē: z cōfert proprie
apati oculi z pulsationi eius. ¶ Et idē Sera. C
auc. Aben mesuay. Oleum sisamini3 est ma
lum stomacho z destruit eum: z iuuamentu3
eius est illis qui hñt melancolicas: z scissuras
in extremitatibus. Nam hi iuuantur multu3
ex cibo ei⁹: z rugas cutis extēdit z mollit eas
z consolidat scissuras que fiunt pp desiccatio-
nem que fiunt a melancolia. ¶ Et dicit ꝙ si- D
samus est ca. in. ij. gra. z hu. in. j. z puocat vo
mitu3 qñ torrefit z rectificatur z melioratur.
¶ Gal. in. li. de cibis. c. de sisamo. Sisamum E
cito stō3 euertit z tarde digeriē z alimētū dat
corpori vnctuosum. ¶ Rabi Moyses ca. de F
sisamo. Sisamus corrūpit cerebru3 z nucha:
z replet caput fumositatibus: z facit sudore3
fetentem: z in mulieribus ventrem auget: z
ipsum generat hernia3. ¶ Auerrois quinto G
colliget capitulo de sisamo. Est cali. in. j. vel
in principio secundi: humidum in tertio.
¶ Auicēna

H ¶ Aui.in.ij.can. Sisamum est semen pluris
vnctuositatis q̄ reliqua semina. Quidam di
xerunt q̄ eius oleum non nisi melancolicis cō
fert vt eos impiguet ⁊ humectet. Et enisimō
quod est genus quoddam sisami abominabi-
lis saporis. Corpus eius est folio suo fortius:
⁊ est ca.in medio primi.humi.in fine ipsius.
I ¶ Est aūt glutinatiuū ⁊ lenificatiuū: equalis
calefactionis: ⁊ similiter oleū eius ⁊ decoctio
ipsius. Est ēt mollificatiuū: ⁊ in eius oleo est
grossitudo: ⁊ quod est torrefactū minoris est
nocumēti: viriditatē percussionis resoluit: ⁊ sā-
K guinem cōgellatū. ¶ Et confer fissure ⁊ aspe
ritati melancolicorum bibitum ⁊ linitum: ⁊
est impinguatiuum: proprie excorticatum: ⁊
prolōgat capillos ⁊ ppric succus arboris eius
ac foliorum ipsius: ac lenit eos: remouet quoqꝫ
L furfures. ¶ Isaac. Sisamū ca.est in.j. gra.
hu.in.ij. Quod sine cortice est vnctuosius est.
Ideoqꝫ grossius ⁊ ad digerendum durius.
M ¶ Palla.li.x. In mense septēbri serendū est
sisamū putri solo vel pīguibus arenis vel ter-
ra congesticia: iugere quattuor vel sex sexta-
N rios seuisse conuenit. ¶ Idem in li.xj. Sisa-
mum vsqꝫ ad ydus octobris ⁊ fasellum con-
uenit seri terra pingui vel agro sterili.

Capitulum.ccccxlj.

Jligo. Ysi.li.etymo. Siligo est gen⁹
triticea selecto dictū. Nā in pane spe
cies eius seperat.

Operationes.

¶ Palla.li.xviij. Siliginē dixerunt pprie tri A
tici delitias. Candor est ⁊ sine virtute ac sine
pōdere cōueniēs humidis tractibus: q̄les ita-
lie sunt ⁊ gallie comate. Sed ⁊ trans alpes in
allobrogū tm̄ auernorūqꝫ agro ptinax. In ce
teris ibi partibus biēnio in triticū trāsit. Re-
mediū est vt grauissima q̄qꝫ ipsi⁹ gr̄a serāt.
¶ Et siligine laudatissim⁹ panis ac pistrinarū B
opa laudatissima precellit in italia. s. ipsis na-
te misceat cāpana. Rufior qdē est illa: sꝫ can-
didior pysana: ponderosior aūt cretacea. Iu-
stum est e grano cāpanie vel cāpanie q̄ castra
taꝫ vocāt: redire sextarius quattuor siliginis
ex modio. Iuxta sniam Catbonis siligo ⁊ tri
ticū in apto loco edito serunt: q sole q̄ diutis-
sime torreat. ¶ Serēda dr̄ l tenuiora terra: C
que nō multo indigēt succo: vt cicerē ac citu-
suꝫ. In pingui vero q cibi sunt maioris vt si-
liginē ac triticū ⁊ linū. ¶ Deniqꝫ far ⁊ siligo D
soluꝫ sortiunt cretosuꝫ ⁊ vliginosum. Siligo
nūq̄ piter maturescit: nec vlla segetū minus
dilationē patitur pp teneritatē: eisqꝫ q̄ maru
rauere protinus granū dimittētibus. Sꝫ mi
nus q̄ cetera frumenta periclitat in stipula:
semp hꝫ rectā spicā: nec cōtinet rotā: quin fa
ciat rubiginē. ¶ Dulcissimus est panis ex af E
frica. Ipsaqꝫ spissior q̄ far: ⁊ spica maior ea-
dem ⁊ pōderosior. Difficulter exterit in gre-
cia: ob id dari iumētis ab homero dicta: hec
est.n.quā olirā vocant. Eadeꝫ in egypto faci
lis atqꝫ fertilis. Far sine arista est. Itēqꝫ. Si
ligo excepta ea que laconia nuncupatur.
Adijciunt his genera bronos: siligo excepti-
cia ⁊ tragos. ¶ Sūma siliginis laus bonita- F
te ⁊ cribri tenuitate cōstat. Et galli quidē e se
tis equorum inuenere cribrorum genera hyspanie
lino excussiora ⁊ polinaria: egyptus a papiro
iunco. Siliginem quidem ex ouis subigunt
vel lacte: butiro vero gentes pacate ad ope-
ris pistorijs genera cura transeuntē. ¶ Ideꝫ G
in lib.xxij. Siliginis grana cōbusta ⁊ trita in
vino ānimeo atqꝫ oculis illita epyforas sedāt
¶ Aui. Siligo est species ordei sine cortice: H
⁊ eius opatio propinqua est opationi ipsius.
¶ Glosa super Lucam. Siliqua est genus I
leguminis sonoris follibus ⁊ vacuis qd ven-
trem magis onerat q̄ reficiat. ¶ Rasi in al- K
māsore. Siliq̄ quo in terra hierosolymitana
nascunt tpatuꝫ colorē hn̄t ⁊ ventrē stringūt.
Que aūt in alijs terris vētrē fortius stringūt
⁊ calide non sunt. ¶ Pand. capitu. cclxxxix. L

Siligo vel germanũ latine: grece tyfa vel ty
O tbus ara.filigobib. ¶Gal.i.de edulijs cap.
tyffa.auct. Dyocles ⁊ menefitbei ait: ꝙ post
frumētu3 ⁊ ordeũ melius ꝗdem tyfa.i.filigo.
Et.n.fufficienter nutrit: ⁊ cũ multo labore di
geritur. Panẽ aũt affidue ex eis comedens:
nullus vtriq3 ex incõfuetoꝝ hujc edulio fanus
erit: neq3 oino fi modicũ eft ei graue ⁊ indige
ftibile: femẽ aũt huius tyfe h3 ꝗdẽ exterius le
P uam.i.corticẽ. ¶Et a ꝗbufdã vocaẽ paruu3
frumentũ equos: hãc ꝗdã innocue comedere
nõ iprobabiħr aũt vtriq3 ꝗdã nolant puũ fru
mentũ tyfa3 ⁊ calore ⁊ fpiffitudie ⁊ caliditate
Q virtutis affimilatã ipfi. ¶Et idẽ.vj.fim.far.
ca.fytbus. Sytbus fiue filigo acrior ẽ credo
nõ par ⁊ caeocbina tñ ex putrefactione fiens.
Eft aũt inflatiua: ⁊ hoc ꝗdẽ h3 acre ⁊ calidu3
R plurimũ vero frigidũ aquofu3 acre. ¶Sef.
li.ag.c.filigo: vel hals.auc. Dyaf. Sunt ei⁹
due fpẽs: i vna inueniunẽ duo grana ⁊ in alia
vnu3: ⁊ ꝗlibet granũ in cortice fuo: ⁊ illud
plus nutrit ꝙ ordeũ: ⁊ eft boni faporis. Pa
H ¶ Sera. Uirtus solatri manialis est quādo bibitur ex radice eius.3.j. inducit somnia nō recta sed aliena. Et quando bibuntur ex eo 3.ij. inducunt furorem: et velut bebrietatem tribus vel quattuor diebus. Et qn̄ bibuntur 3.iiij. faciunt hocidem: et eum occidunt: et cura eius est mellicratum: quādo bibitur ex ea quātitas plurima: et euomat: et fiat hoc sepe.

J ¶ Et idē auc. Mesebalaeb. Solatrum maniale est fri. et sic.in.iij.gra. et est plus stipticus quam omnis alia herba. Extinguit calorem igneum: et fructus eius generat semper permixtionem sensus: ideo oportet cauere ab eis.

K ¶ Gal. Uirtus corticis eius fri.in fine tertij et sic.in.ij.prope finē eius. Unde curat vlcera. Alie vero species sunt alicuius immamenti recepte interius: uno si qs biberit ex eo aureos quattuor morietur inde: et si bibat minus inducit insaniā. Sed vnus aureus aliquādo nō nocet. Sed sciendum vbi stat trāslatio dicit aureus in greca trāslatione inuenitur.3.j.

L ¶ Platea. Morella et strignum et solatrum idem est. Est autem hec herba in.ij.gra. fri. et sic. et etiam aliquantulum diuretica. Secūdum folia et fructus est multe efficacie: excicca ta modice. Uirtutem habet infrigidandi cōtra splenis et epatis oppillationem: et maxime ctericiam. Contra apostemata in stomacho vel intestinis: vel epate datur succus eius cū aqua ordei. teste Dyascoride. Penna eadem succo intincta epati frequenter superponenda est contra eius calefactionem.

M ¶ Itemque contra podagram calidam: vel etiam herba ipsius trita sepius est superponēda. Contra calida quoque apostemata in principio ad repercussionem materiei herba ipsa

N superponitur trita. ¶ Macer
Herba quam greci strignum dixere latini.
Solatrum hic dicunt: vis eius frigida valet.
Dicitur auricule mire sedare dolorem.
Illius succus si sensum funditur intus.

Capitulum.cccclvj.

¶ Orbes arbor est ferens sorbas.

Operationes.

A ¶ Sera.lib.ag.cap. Sorba. Uirtus eius est
B que restringit ventrem fortiter. ¶ Gal.ij.li. de alimētis ca. de sorbis. Sorba et nespila stipticant quidē ambo: multo autem magis sorbis: nespila propter hoc influenti ventri magis conferens edulium est: et palam quoniā ta



lium omniū comedere parum cōuenit: nō vt ficuū aut vuarum copiose. Neque enim vt alimēto sed vt medicis ipsis indigemus magis.

C ¶ Gal.viij.sim.far.c. de sorbis fm̄ trāslationē grecā. Ydria: id est sorba ol bus cognita est: terrestrem substantiam dominantem: et possidet modico subtili participat ei mixto.

D ¶ Et dicit eo.li.ca.quod incipit Mois: id est arbor sorbe: cuius fructus vocatur a multis oya cum.y.littera stiptica participat qualitate: sed debiliori nespilo multum quo circa et dulce est cum comeditur: et minus nespilio est ventris constipatiuus.

E ¶ Palladi. Mense Januario Februario et Martio locis frigidis: callidis vero Octobri et Nouembri sorba seruntur eggregie: ita vt matura in seminario ipsa poma pangantur.

F ¶ Ego expertus sum multas arbores ex pomis sponte progenitas: et in crescēdo et in ferēdo extitisse felices plantas: etiam si quis ponere voluerit: habebit arbitriū dūmodo calidis locis mense nouēbri: tēperatis Januario vel februario: frigidis marcio inclinantem dispo nat. Amat sorbos loca humida montana: frigidis proxima solū pinguissimū: cuius indicium certissimū si frequēs vbicunque nascatur.

G ¶ Item mense Aprili sorba inseritur in se in cidonio: in spina alba: vel trunco vel cortice.

Capitulum.cccclvij.



Oldanella. Pã.ca.cclvij. Chachil-
f le ara. grece azar. latine vero soldana
vel soldanella. Sera.li.aggre.ca. ca-
chille: est herba similis vsnen: nisi qꝛ est ma-
ior: ⁊ homines quidem comedunt eum cũ fi
cubus sicut comeduntur olera alia: ⁊ fo. eius
assimilantur folijs nasturcij: ⁊ ipsa est amplio
ris humiditatis ꝙ̃ cicera ⁊ magis aquosa.

Operationes.

A ¶ Sera.auc.habix. Chachille.i. soldanella
oritur in sterglinijs: ⁊ est herba similis vsnẽ:
⁊ non est vsnen: ⁊ in ea est aliqua caliditas pro
pter suaꝫ salsedinẽ: ⁊ eius salsedo ẽ salsedinis
B haurach. ¶ Et hꝫ proprietatẽ laxãdi aquã ci
trinam: cũ bibitur ex ea aqua eius: ⁊ nõ opor
tet ꝙ bulliat super ignẽ: qꝛ amitteret virtutẽ
sed detur in potu de eius succo sine ebullitio-
ne. Et quantitas que datur de ea est ab vna
tertia libra vsqꝫ ad duas partes libre cũ.3.x.
zuccari albi aut rubei fortis rubedinis qđ est
qꝛ rubeũ cũ leblcb.i. volubilis ⁊ cũ fumo ter-
re: ⁊ cũ cachille fortioris virtutis est ꝙ̃ albuꝫ.
C ¶ Et idem auc. Ysaac benaraꝫ. Cachille est
herba similis cicute in opatione sua: ⁊ est ca.
⁊ sic. cuius proprietas est ꝙ aufert eructuatio
nes corruptas: ⁊ aqua eius purgat aquã citri
nã: ⁊ ꝯfert tumoribus vẽtris ⁊ debilitati epa
tis ⁊ est cõueniẽs nutrimẽto: ⁊ hꝫ operationẽ
in stõ propter viscositatẽ paucã que est in ea.

¶ Et idem auc. Aben.mesuay. Proprietas D
est lexare aquã citrinã subito: ⁊ dosis eius est
a quattuor partibus lb. vsqꝫ ad partes duas
absqꝫ ꝙ bulliat. ¶ Et idem auc. Rasis. Sol E
danella purgat aquã citrinã: ⁊ puocat vrinã.

Capitulu.ccccl viij.

Colopendria. Ysi. Scolopẽdras di-
f citur eo ꝙ folia eius scolopẽdro ani-
mali similia sunt: nascitur in petris
humidis: ⁊ caulem nec semen nec florem ha-
bet: folia eius a superficie viridia sunt subter
rufa ⁊ lanosa.

Operationes.

¶ Ideꝫ Ysi. Splen curat: vnde ⁊ splenos di A
citur. ¶ Actor. Scolopendria ſm phisicos B
ipsa est que vulgo lingua ceruina dicitur.
¶ Rasi in Almansore. Saculinfundirion.i. C
scolopendria calida est: spleni grosso ⁊ stran-
guirie ac lapidi remediũ affert. ¶ Avi. Sco D
lopendria ca. est in primo sic. in. ij. subtilis re
solutiua. Confert spleni magnifice. Confert
etiam singultui ⁊ yctericie: frangit lapidem
in renibus ⁊ vesica. Et dicitur ꝙ ipsa est her-
ba petrosa que nascitur in locis fontium.
¶ Quidam autẽ dixerunt ꝙ est species squil E
le. Item virtus scolopendrie habet eandem
virtutem cum cetarach. quare lege capitulũ
cc.de.C. ¶ Additio. Dyas. Scolopendria F
magis facit ad asma quam alie medicine.

Capitulum.ccccliy.

Cropbularia. Pandecta. Scropbularia. Castrágula. Strágularia idest Paulus cap. de scropbularia berba est hñs folia tenuia et subtilia: que cũ flectunt vt frangantur strident: et ideo multis df caulis stridolus: et radices sunt ei satis subtiles in quibus adherent radices rotunde: sicut sunt auellane mundate albe mittentes lac.

Operationes.

A Idem Paulus. Radix illa dicitur scropbulis medica.

Capitulum.cccclx.

Torax latine. Ara. melachac: Grece sigia. Sera. li. ag. ca. melachac. auct. Dyasc. Eius species sunt tres. s. liquida: sicca et kearmitarum: vnde arbor storacis magna que vocatur lubue: habet lignum quod assimilatur ligno sarco: folia eius sunt folijs similia scilcẽ. i. lilij: hz fructum albũ magnũ maiorẽ quam auellanã similẽ: prunis albis duos habentẽ cortices quorum exterior comeditur: et est in eo amaritudo: interius est nucleus pinguis sicut nux: et exprimitur ab eo oleum: et cortex huius fructus est storax sicca: et gũmi huius arboris lubue est storax kearmitarum: et latine vocatur calamita. i. bona gutta: a calos quod est bonum et mita quod est gutta: inde storax calamita. i. bona gutta. Et alio nomine vocatur sigia: et est gummi albus fortis albedinis: et vocatur gũmi illud lubue kearmitarum: et melior species omniũ est illud gummi lubue. Et melior ex storace sicca est rubea que assimilatur maci. et deterior ex ea est illa que est arida nigra. Substantia vero storacis siccee que non hz oleum administratur in suffumigationibus. Et istã romani vocant cõfectam vel cozubrum: et est oleum quod ingredit in vnguentis balneorum. Et melior illarũ specierum est lubue muscathi: et est gũmi albus albedine mixta rubedine: et postea est sicca que clarificatur non hñs oleũ: et est spissa rubea: et deterior ex ea est lenis nigra: et lubue muscatum est lubue kearmitarum. Et est notũ apud christianos: et est storax kearmitarum: id est storax calamita: et rubea gummosa: et est gũmi. Substantia vero storacis sicce que nõ habet oleum vtuntur christiani in corum ecclesijs et suffumigationibus: et vocant eam confictam vel cozubrum: et deterior ex ea est nigra que assimilatur serrature ligni. Et idem auctoritate Dyascori. Storax liquida est pinguedo myrrhe recentis: vt apparet in ca. Myrrha: et extrahitur a myrrha: quia terunt eam cum aqua pauca: et premunt cum cornu: et est boni odoris: et ingreditur in confectionibus: et sola etiam sine aliqua admixtione olei: et pa-

rum ex ea est multe virtutis ꝛ calefacit. ꝛ calefa-
ctio ei⁹ ē silis calefactōi mirre ꝛ oleorū calido-
rū ꝛ siccorꝫ. Et storax liquida vocatur meth. ꝛ
meth exꝓmit̃ ex gūmi arborꝫ q̄ assimulant̃ ar-
borib⁹ citoniorꝫ: qđ gūmi ē mirra. qđ inuenies
si legas capl'm mirrha. Sed storax kearmita-
rū ē lachrimū arboris eiusdē nois. cui⁹ vīge in-
tra caniculas ortū ex se emittūt scobē silez ser-
re q̄ cauernate lachrimū ꝓfluūt ei⁹ distillatū in
terrā ꝯueniēs ē. Illa āt q̄ ꝑcedēs vīgis inhēserit
cū siccat̃ munda ꝛ satis alba. Dehinc flaua fit
solis cā ꝛ mucosa. Et melior ex ea ē piguis ru-
bea silis resine pini: ꝛ sūt ī ea frusta alba: ꝛ re-
mā̄et ī eo odor bon⁹ lōgo tpe: ꝛ qñ frāgit̃ ema-
nat ab ea humiditas q̄ ē sic mel. Sꝫ illa q̄ ē ni-
gra ꝛ sicut furfur ē mala. ꝛ iā īuenit̃ in ea gum
mi arabico coloris clari. cui⁹ odor ē sicut odor
mirrhe. Et parꝫ qdē inuenit̃ de hoc gūmi. Et
adulterat̃ storax cū serrature ligni putrefacti
cōmixti cū melle ꝛ residuo. ꝛ suba mirre yreos
puluerisata ꝛ aliis rebus scilicet cera ꝛ adipe.
sꝫ illa q̄ nō ē adulterata hꝫ odorē acutum.

Operationes.

A ¶ Galien⁹ viij. sim. phar. ca. Storax. Uirtus
est calida: ꝛ que mollificat ꝛ maturat.

B ¶ Dixit in quinto epidimiarꝫ. ꝙ est vna ex re-
bus mortiferis sic' iusqamus ꝛ mandragora.

C ¶ Et idem eođ li. ca. storax. Calefacit ꝛ molli
ficat ꝛ digerit̃. vñ licet Aui. li. ij. c. đ storace: di
cat aliter modū factiōis storacis. Serapiōi tñ
magis credendū est. qꝛ magis expert⁹. Unñ di
cit Auicen. ꝙ storax hu. alia est que extrahit̃ ꝑ
seipsam gūmi. ꝛ est storax calamita. ꝛ alia est q̄
extrahitur cū decoctiōe. ꝑ se āt extracta ē citri
na: sed q̄ ꝑ decoctionē extrahit̃ ē nigra. ꝛ ē sto
rax liqda. ꝛ fex hui⁹ est storax sicca. ꝛ est cōficta

D ¶ vel corubrū. Auerrois. v. Collige. ca. đ sto-

E race. Storax calamita cal. ī. ij. sic. ī. i. ¶ Item
curat tussim ꝛ corizam ꝛ brancos ꝛ raucedinē
ꝛ ꝓuocat menstrua qñ bibitur. ꝛ qñ supponitur
matrici. ꝛ fumus ei⁹ est similis fumo olibani.

F ¶ Sera. auc. Dias. Uirtus eius ē calida: mol
lificatiua: maturatiua: ꝛ cōuenit tussi ꝛ catar-
ro ꝛ corize ꝛ raucedini qñ bibit̃. ꝛ fit ex ea nas-
cale cōuenit coartatiōi matricis: ꝛ ꝓuocat mē
strua. ꝛ qñ deglutit̃ cū pauco gummi albotin
mollit vētrē mollificatōe leui. ꝛ miscet̃ cū aliq̄-
bus vnguētis resolutiuis. ꝛ cū oleis q̄ resoluūt
lassitudinē. Et administrat̃ assata ꝛ torrefacta ꝛ
adusta: ꝛ colligit̃ fum⁹ ei⁹ sicut fum⁹ olibani.

G ¶ Et idem aucto. Albugerig. Cōuenit dolo
ri pectoris ꝛ pulmōis. ꝛ delet corizā ꝛ retinet
ventrē. ꝛ aromatisat stomachum. ꝛ cōuenit vē
tositatib⁹ grossis ꝛ nodationib⁹ membrorūꝫ.
Et quādo bibitur aut linitur exterius: ꝛ vlce-
ribus conuenit scabiosis humidis.

¶ Et idem auct. Atabari. Fumus storacis ē H
bonus catarro multum. ꝛ storax est calida ꝛ sic
ca ꝛ stringit ventrem.

¶ Platearius. Storax est calida in ꝑmo gra I
du sicca in secundo. ꝛ alia quidēꝫ est calamita
alia rubea alia liqda. Quelibet illarū est gum
mi arboris in India nascentis. Storax liqda
reperit̃ in calabria. Storax vero calamita dr̃
nō a calamo: sed a calo qđ ē bonū: ꝛ mita qđ ē
gutta. q̄si bona gutta. ꝑ decē annos durat.

¶ Eligenda est ista que subrufa ē vniusqꝫ co- K
loris per totum: ꝛ saporē pontica ꝛ subamara
qui malaxari potest in cera. Que autem dulcē
saporem habet sophisticata. Nam yriin illiri
cam cum melle conficiunt ꝛ storacem calami-
tam: vt sophisticetur: addunt. Sed discerni-
tur quia talis habet dulcedinem nimiam: ꝛ si
manibus tractetur: statim fit humida ꝛ paruꝫ
viscosa. Si vetus est cum malaxatur pulueri-
satur. Sed storax rubea plus accedit ad rubo-
rem: effectus similes habens. Storax vero ca-
lamita maioris est efficacie. Uirtutem habet
ex ponticitate confortandi: ꝛ ex qualitatib⁹ su-
is consumendi.

¶ Contra debilitatem ac frigiditatem cere- L
bri ꝛ catarrum ex ea malum informatur ꝛ na-
ribus apponitur. Caphala ex eadem facta su-
per dentes laxatos ꝛ gingiuas confortat ꝛ cō-
firmat.

¶ Emplastrum ex eiusdem oleo factum con- M
tra frigiditatem stomachi valet stomacho su-
perpositum. Item contra frigiditatem stoma
chi: ꝛ contra frigidum reuma capitis dantur
pillule storacis.

¶ Suffumigatio ex eadem facta per inferio- N
ra prouocat menstrua. Ualet etiam per infe-
riora. si fiat puta inferius contra matricis suf-
focationem. Si superius contra sui precipita-
tionēꝫ. Liquida storax in emplastris ꝛ vnguē-
tis maxime contra tineam ponitur: ꝛ diutissi-
me seruatur. Seruatur autem diutius storax
rubea ꝙ calamita.

Capitulum cccclxi.

Ubere: vel Suberie. ¶ Ysidorus li-
bro ethymologiarum. Subere est ar-
bor ex qua validissima cortex nata-
torius extrahitur. sic dicta: quasi subedies co
ꝙ fructus eius sues edunt. Porcorum enim

Capitulum: cccclxii.

sunt alimenta non hominum. ¶ Plinius li. xvj. Glandem fert suber sicut quercus ⁊ ylex fungosam carnem nigidius tradit fieri subere sicut esculo ⁊ robore. Tardissimo germine germinat suber ac concipit. Et incipiente hyeme truncum emittit. Siluestrem generi folia non decidunt suberi ac buxo. Et est cortex carnosus suberi ac populo. Suber tempestiue cesa torquet sese funditqꝫ. Cariem vetustatemqꝫ sentit hec arbor tardissime. sicut ⁊ glandes atqꝫ castanee. Ceterum in aquis nō fluctuat suber si demat cortex. Est autem suber arbor minima. glans eius pessima ⁊ rara. Cortex tm̄ in fructu precrassus ac renascens. atqꝫ etiam in nos pedes vndiqꝫ explanatus.

Operationes.

A ¶ Plinius vsus eius marine nauium ancoralibus: piscantiumqꝫ tragulis. ceadorū obturamentis conuenit. Preterea i hyberno feminarum calciatu: quamobrem greci cortices arborum appellant.

B ¶ Sunt ⁊ qui feminam ylicem vocāt. Et vbi non nascitur ylex. pro ea subere vtuntur. In carpentariis precipue fabricis: vt circa helyn ⁊ lacedemonem. Hec in Italia nascitur tota: aut omnino in gallia.

C ¶ Idem in lib. xxiiii. Suberis cortex tritus et aqua calida potus ex vino calido sanguinem excreantibus magnopere laudatur.

Smach. Platearius. Sumach est
ſ cuiusdam arboris fructus similis gra
nis. ex quibus tingitur pānus rube⁹. Admixtione quoqꝫ sumach sophisticantur illa grana. Est autem sumach fri. in. ij. gra. sic. in. iij. Per annos quattuor seruatur. Virtutem habet constringendi: ⁊ incitat appetitū. Pandecta. ca. dclviii. Sumach latine. arabice adiutor vel barso. grece riskitin. ¶ Sera. li. ag. ca. sumach. auc. Dyasco. Est planta nascens in locis saxosis habens folia longa: ⁊ habet ramos altos: ⁊ fructum in racemis quorū color vergit ad rubedinem sanguinis. ⁊ grana sunt in racemis in magnitudine granorū lentisci: ⁊ aliquantulum lata. Iuuamentū ei⁹ est in cortice granorum.

Operationes

¶ Et idem auctoritate Galieni. Melius qd est in tota arbore est cortex grani eius. Et succus eius quando existit in eo sapor stipticus: et virtus eius est que infrigidat in secundo ⁊ desiccat in tertio. A

¶ Galie. viii. simpli. farma capi. de sumach. sm̄ translationē grecam: qd incipit Riskitin. idest sumach. fructuosa plantarum stipticat ⁊ siccat. Unde ⁊ cerdones ad stipticandum ⁊ siccandum coria vtunt̄ hac planta. Et propterea B

nominatur

nolatur viso depsica: idest coriorum aptatiua.
C ¶ Melius aũt fruct⁹ ei⁹ maxime ꝛ succ⁹ ad vtilitatez veniũt. sufficientes auferre existens q̃litates. Cõcordat aũt ꝛ tot⁹ q̃ ₰z ptez vsus sensui ꝛ ₰z gustũ. Erit igiꝭ ꝛ ħ pharmacũ siccatiuũ q̃dez i tertio gradu: ifrigidatiuũ aũt ex secundo.
D ¶ Cõtra vomitũ ex calore. spõgia itincta i aceto decoctiõis ei⁹ ori stomachi supponiꝭ. Cõtra dysenteriã iferioꝝ itestinoꝝ vicio factã puluis ei⁹ cũ aqua decoctiõis ordei ꝯficiꝭ: ac p clistere
E inijciꝭ. ¶ Fit ẽt emplastrũ circa pectinẽ ac renes ex eiusdẽ puluere ꝛ oui albumine ꝛ aceto. Si vͦ supioꝝ vicio fiat aq̃ decoctõis ei⁹ vł saltẽ puluis daꝭ: ꝛ carnes i aqua decoctiõis eius
F dẽ decoquẽtur. ¶ Cõtra fluxũ sãguinis e naribus: medulla sambuci i succo sanguinarie itincꝭ ꝛ puluere sumach aspsa narib⁹ imittitur.
G ¶ Cõtra emoptoicã passionẽ e vicio spũaliuz draganiũ ꝛ gũmi arabicum p noctẽ cũ p̈dicto puluere dimittanꝭ. ꝛ mastix cũ aqua rosaꝝ cõficiꝭ. Indeq3 pillule formenꝭ. quas patiẽs sub
H lingua teneat: ꝛ paulatim transglutiat. ¶ Cõtra dysenteriam iteꝝ ex vicio superioꝝ intestinoꝝ puluis sumach i olla cũ anathasia datur. Suppositoriũ quoq3 factũ ex illa vel tali puluere ꝛ anathasia ꝯtra fluxũ valet menstruorũ.
I ¶ Contra pruritũ oculoꝝ ex calore ꝛ humore lauantur oculi ex aqua decoctionis eius.

Capitulum. cccclxiii.



Apo. Pãdecta. li. dcxiij. Sabon. i.
f formicariũ. Latine Sapo. Eñ sapo fit ex forti lixiuio ꝛ q̃cũq3 pinguedie. Cui⁹ multe sũt spẽs. Est. n. spat arẽtic⁹: q̃ sic dꝭ eo q̃ scidit i spata. ꝛ iste vocaꝭ iudaic⁹: quo iudei lauãt sericũ. Et est ali⁹ gallic⁹. ꝛ ali⁹ muscatus. ꝛ alius mollis ꝛ niger. ꝛ vocatur sparatencus.

Operationes.

¶ Sera. li. ag. c. Sabon. auc. Pauli. Virt⁹ A
eius est q̃ abstergit ꝛ purificat. ꝛ est calida ꝛ vlcerat corpus. ꝛ est fortis in hoc. ꝛ est bonuz ad maturãdum apostemata dura. ꝛ ad tollẽduz saniem: ꝛ ad mollificãdum apostemata dura. B
¶ Et idem auc. Rasis. Est calida ꝛ vlcerat corpus. ꝛ est fortis in hac opatione. Et si admisceꝭ cũ alijs medicinis calefacit mediocriter. C
¶ Ad apostemata maturanda sapo magnuz presidium est: tamen cyrurgicis caute vtẽtur ne nimium ante maturationem corrodetur.

Capitulum cccclxiiii.



Anacetũ. Dyaꝭ. Tanacetum est spe-
t cies artemisie: que tagetes nolatur: et est tenera: semen habẽs minutum: et vnã hastã folijs plenã: nasciꝭ in locis mediterraneis ꝛ altioribus: florem mellinũ atq3 tenuẽ ꝛ iocundiorem. Hec a grecis vocatur tagetes vel tanacetũ: ꝛ aliqui eam vocant athanasiaz vel ₰m quosdam thanasiam.

Operationes

A ¶ Dyas. Arthemisia q̄ tanacetum vel tage-
tes dr̄ facit ad vesice dolorem ⁊ stranguriam:
succo dato ex vino. ʒ. ij. febricitāti ex aqua ca.
ciatis. ij. potui datur hic succus.
B ¶ Tunsa cū axūgia ⁊ aceto coxarū dolori me
C dicat̄ ligata vsq₃ ad tertiā diem. ¶ Et infan-
tem hilarem facias intende ⁊ suffumigabis: ⁊
omnes incursiones malorū auertet: ⁊ hilario
D rem faciet infantem. ¶ Gal. Omnes species
arthemisie conueniunt lapidibus in renibus
existentibus: ⁊ ad calefactiōes ⁊ extractiōes se
cundinarum: ergo thanacetum.

Capitulum: ccccl xv:



Aspia. Pādecta cap. dxlvij. Meza-
t barā. i. tapsia: qdā dicūt q̄ est mezere
on. aliqui dicunt q̄ est elacterium.

Operationes

A ¶ Scd̄m Sera. li. ag. c. Mezabarā: est plāta
q̄ repitur in India cuius cortex exterior h₃ in
uamentū ī medicina in doloribus iuncturarū.
B ¶ Et hec qn̄ ponit̄ ī fluminib⁹ inebriat pisces
Et melior ex eo est illa q̄ h₃ subtilem corticem:
⁊ in sapore eius est acuitas parua: ⁊ dosis eius
simplicis cū zuccaro est aureus vnus.
C ¶ Platear⁹. tapsia ī tertio gradu ē ca. ⁊ sic.
per tres annos seruatur. Radix ei⁹ medicine
competit vsui: sed nunq̄ per se debet dari. prin-
cipal̄r educit p vomitū: secūdario per secessū.
¶ In medicinis vomitus maxime ponitur: s₃ D
teritur. Oportet q̄ terens maxime faciē ⁊ ocu-
los cooperiat vt paruum aut nihil videat: testi-
culosq₃: quia cito inflantur.
¶ Quod si aliqua inflatio euenerit īfundatur E
pannis in aceto: ⁊ fiat inde partis in frigidita
te fricatio. Uel idem fiat cum succo ⁊ trahit.
Uirtutem habet humores dissoluendi. ⁊ ad
superficiem corporis attrahendi: ⁊ in grossā
ventositatem resoluendi.
¶ Pli. li. xiij. Tapsiam vocauere quidam se- F
men ferule eo decepti. q̄ ferula sine dubio nō
est tapsia: sed sui generis feniculi folijs inani
caule: nec baculi longitudinē excedēte. Semē
quale ferule. Radix cādida. incisa lac emanat
⁊ cōtusa succo abdicat omnia venenata. Quip
pe fodiētibus etiā nocet si minima aspiret au-
ra intumescunt corpora. fa ciemq₃ ignes acri
inuadunt: ⁊ ob id ceroto prius illinunt.
¶ Quibusdā tn̄ morbis auxiliari dicūt medi- G
ci pmixtā alijs. Itē ī alopitijs. sugillatisq₃ ac
liuētib⁹. seu vene remedia desint: vt scelera cō-
trectēt. Sed ista p̄texuerūt noxio īstrumēto. tā
tūq₃ ī pudēdi est vt venenū ortis eē p̄suadeāt.
¶ Tapsia est ī aphrica vehemētissima. Qui- H
dam p messes caules incidunt. Et in ipsa radi
ce excauant quo succus cōflat arefactūq₃ tol-
lunt. Alij foliū radicē in pila tundunt. ⁊ succū
in sole coactū etiam in pastillos diuidunt.
¶ Idem in libro. xxvi. Ad lichenas vtuntur ⁊ I
tapsie radice cum melle trita. anguine ⁊ arge-
monia medetur in vino sumpta.
¶ Cōstantinus in li. graduū. Tapsia ē herba K
supterrā saliēs. i. brachiū. cuius color rubeus
est. Frondes hēt virides aliquātulū colori plū
beo ptinētes. Cortex aūt radicis ei⁹ ruffus. ni-
gredini parū attincos. sed ītus est citrin⁹. Hic
cortex medicine congruit. Calidus ⁊ siccus ī
tertio gradu. Grossos ⁊ viscosos humores at-
tenuat. ⁊ valet sciaticis ac podagricis flegma
q₃ viscosum vbicūq₃ fuerit purgat. Miscetur
⁊ medicinis empetiginō. Morphee atq₃ sca-
biei. colatiuus enim est ac mundificatiuus.
¶ Diascorides. Tapsia dicta est eo q̄ in tapso L
insula in primo inuenta est. frutex est illi feni-
cule similis. habens folia similia maratro. ha-
stas tenues in quibus singulis sūt capitella si-
cut ī aneto. flos āt ē niger siue mellinus. semē
q₃ latū ferule simile s₃ min⁹. Radix ē illi alba
⁊ maior. coriū hn̄s grossū. ⁊ in odore viscida.

Succus

Succꝰ eius q̄n colligit̄ colligēs nō sic ꝯ ventū
sitꝰ qꝛ manꝰ ꝛ facies ebuliēt: vtꝰ ē ei ca. catarti-
M ca. ¶ Coriū radicis eiꝰ ꝛ succꝰ ꝛ lachrymū ac-
cepta in ꝗ̄a supiꝰ ꝛ iferiꝰ boleꝫ purgat plus tū
iusto accepta necē īfert. Purgatio ipsiꝰ dolo-
rē mitigat lateris. Asmaticis opitulat̄ bis ēt q
putridū hn̄t sputū medicat̄. Est āt dieta eiꝰ cre-
tica eiusqꝫ potio dāda ē escis: aut cotturis ad
mixta. Radix eiꝰ ꝛ lachrymū tātā hꝫ calidita
N tē vt nullā hēat cōpatonē. ¶ Vn̄ succus eius
capiti supunctꝰ alopicias emēdat: ꝛ radix eius
viridis īfricata idē p̄stat. liuores ēt detergit.
O ¶ Succus eius addito libanotide ac cera eq̄li
pōdere oīa p̄dicta pōt facere. In quolibet āt lo
co positꝰ nō dꝫ amplius eē q̄ duabꝰ horis. Sꝫ
ante ꝛ post loca fouenda sunt aqs calidis lenti
gies mūdat. lepras limpidat. pustulas purgat
marie mixto sulphure veteris lateris aut pul-
monis dolores curat. Arteticos ꝛ podagricos
maxime iuuat. Nudis locis īpositus ea vestit.
sed fomēto id facit. humores ēt de pfundo vio
lenter extrahit. sicqꝫ dyaforesim facit.

Capitulum. cccclxvi.

Amariscus domesticus: Pli. li. xvi.
Tamarix ē arbor crassissima hn̄s fo-
lia nūquā decidētia. ¶ Idē li. xxiiii.
Tamaricē arbitrāt̄ qdā eē miricē. ¶ Aui. In
tamarisco est stipticitas ꝛ aptio ꝛ mūdificatio

absqꝫ vehemēti exsiccatiōe. Et eius aqua ē ab
stersiua ꝛ desiccatiua. cuiꝰ abstersio plus ē eius
exiccatōe. ꝛ eius exsiccatio est cū stipticitate:
sꝫ fructus eius vehemētioris est stipticitatis.
In tamarisco qdē est subtilitas pauca. ꝛ q̄nqꝫ
administratur loco eius viridis galle.

Operationes

¶ Aui. Eiꝰ decoctio embrocat̄ ad pediculos: A
ꝛ iterficit eos. Ex eius foliis fit emplm̄ sup apa
ta flura. Eiusqꝫ fumus variolas exsiccat ꝛ vl-
cera hūida: qđ ex eo tritū est: ꝛ eius cinis spar-
git̄ sup adustionem ignis. Fructus eiꝰ ꝛ cinis
vlcera difficalia exsiccāt: ꝛ carnē additā corro- B
dūt. ¶ Decoctio foliorꝫ eiꝰ cū vino cōfert dolo
ri dētiū. ore ex eo colluto: phibētqꝫ corrosionē
eorū ppriis fructibꝰ. Iterūꝫ eius fructus stat
loco galle ꝛ licij in egritudinibus oculi.
¶ Cōfert itē antiquo sputo tamariscus. ꝛ p C
prie fructus eius. Rami eius in aceto dissoluti
cōferūt spleni. emplo ex eis fcō. ad splenē quo-
qꝫ bibitū vinū in quo decocta sūt folia eius, ac D
virgulta. ¶ Et ex eius ligno faciūt sibi splene
tici vasa. Deniqꝫ ꝯfert solutiōi antiq̄: ꝛ ad flu
xū matricis. sedeturqꝫ ī eius decoctiōe. Bibi-
turqꝫ fructus eius q etiā cōfert morsui rutele.
Platearius. Tamariscus ca. est ꝛ sic.
¶ Vinū decoctiōis eius valet ad opilationem E
splenis ꝛ epatis: strāguiriā ꝛ dissenteriaꝫ. Est
enī diureticū. Puluis eius in cibis positus ad
eādem valet. Freq̄ns eius bibitio in vase tali
valet ad idē. cortex maioris ē efficacie. ¶ Pā F
decta. li. lxix. Athel vel tarmezit arabice. Gre
ce nadabar. Latie vo tamariscus domestica.
¶ Sera. li. ag. c. Athel. i. tamariscus domesti G
ca. ꝛ est arbor multū lōga vsqꝫ ad celū dura re
cti linea. folia eius lōga subtilia stricta ꝛ nō hꝫ
spinas. ꝛ ex ligno eius fiūt parapsides ꝛ inciso-
ria ꝛ vasa alia. ꝛ ipsa est magna athel ꝛ grece
vocat̄ nadabar. Et oēs arbores ex qbꝰ fiūt va-
sa hmōi noiant̄ nacba. sꝫ ē athel aliquātulū ar
bor rubea quasi coloris scorpionis. ¶ Et ideꝫ H
auc. Dyas. Athel est silis tamarisco ꝛ est ī ba-
bilonia. ꝛ aq̄ infusiōis eius ponit̄ ī sief q̄ admi-
nistrant̄ habentibꝰ debilitateꝫ visus. ¶ Et idē I
auc. Gal. Athel est spēs tamarisci. ꝛ est arbor
q̄ magis vēto agitat̄ q̄ arbor tamarisci In sa
pore eius est stipticitas ꝛ nō hꝫ florem. ꝛ hꝫ fru
ctū rotūdū sicut cicer. habentē colorem cineri-
ciū ad glaucedineꝫ tendentē. intra q̄ sunt gra-
na pauca inuicem cōglobata ꝛ iuncta. q̄ nomi
nantur grana dulcia. Colligunt̄ in mense Fe
bruarij. est calida ꝛ sicca ī pmo gradu. Virtu-

tes illius inuenies in ca. primo sequenti.

Capitulum ccccLxvii.



Tamariscus agrestis. Pandecta ca.
t cxx. Casa arabice. Grece mirica vel
bruca vel mirthi. Latine vero tama-
riscus. Ubi sciendũ q̄ tamariscus q̄dã est ma-
sculus: ⁊ est Athel: de quo in p̄cedenti capitu-
lo dictũ est: ⁊ vocat̃ sil̃r tamariscus domestica
⁊ q̄dã est femina: ⁊ est illa arbor quã cõiter nos
vocamus tamariscum: ⁊ ista vocat̃ sil̃r tama-
riscus agrestis. ¶ Sera. li. ag. ca. de casa. Ca-
sa. i. tamariscus agrestis: ⁊ est arbor erecta q̄
nascat̃ in ag̃s: ⁊ hꝫ fructũ q̄ assimilat̃ floribus:
⁊ est similis in fluxibilitate sua vinee: ⁊ illa sp̃es
vocatus ab aliq̄bus bruca. Est in babilonia et
in seni. Alia tamariscus que est domestica que
noiat̃ termezit siue athel: ⁊ assimilat̃ agresti ĩ
oĩbus p̄ter q̄ in fructibus in longitudine: quia
fructus eius est rotundus similis gallis dēta-
tis ⁊ est stipticus: ⁊ ponit̃ loco galloꝝ in medi-
cinis. Et sciendũ q̄ est arbor quã ipse noiat in
p̄cedenti capitu. de qua dr̃ q̄ est arbor magna
vsq3 ad celũ: q̄ vocatur athel ⁊c̃. ¶ Gal. viii.
sim. far. capi. de tamarisco agresti. In sapore
eius est stipticitas: ⁊ est virtus eius q̄ incidit et
abstergit: sed folioꝝ ei⁹ ⁊ radicũ ⁊ ramoꝝ sub
tilitas est plus subtiliatione fructus eius.

Operationes

¶ Sera. auct. Dyas. Radix tamarisci ponit̃ A
pro gallis ĩ medicinis oculorũ ⁊ oris: ⁊ est cõue
niẽs sputo sanguinis: ⁊ potat̃ in fluxu antiquo
⁊ cõfert yctericis: ⁊ illis quos momordit rute-
la. ¶ Et qñ fit empl̃m cuꝫ ea diminuit apata B
flegmatica: ⁊ cortex eius operat̃ sicut fructus
eius nec plus nec minus: ⁊ folia eius cocta cuꝫ
aqua ⁊ bibita ipsa aqua extenuat splenem.
¶ Et qñ fit cũ ea collutio oris cõfert dolorib⁹ C
dentiũ: ⁊ est cõueniens mulieribus hñtib⁹ flu-
xum humiditatũ qñ fit sessio in decoctione ei⁹
⁊ proijcitur decoctio eius super illos ĩ quibus
generantur pediculi ⁊ lendines: ⁊ iuuat mul-
tum. Cinis ligni tamarisci qñ supponitur con
fert habentibus humiditates matricis.
¶ Et idem auc. Mesarugie. Cinis eius desic D
cat oĩa vlcera: ⁊ p̄p̄rie illa que fiũt ab adustiõe
ignis ⁊ ꝯfert apatibus frigidis qñ fumigatur
cũ eo. ¶ Et dixit mihi homo fidelis q̄ fuit que E
dam mulier super quam apparuit lepra: ⁊ da-
tum fuit ei de decoctione radicis tamarisci cũ
passulis sepe: ⁊ curata est. Et nos quidem ex-
perti fuimus in muliere alia: ⁊ curata ẽ: ⁊ hoc
fuit: quia egritudo eius prima fuit apostema ĩ
splene: ⁊ propter opilationem eius: que q̄dem
fuit causa non attrahendi melancoliam: ⁊ nõ
mundificandi vel clarificandi sanguineꝫ: ⁊ fu
it cã apparitionis lepre super eaꝫ. Qñ ergo re
solutum fuit apostema ⁊ opilatio propter ope-
rationem istius medicine: in eo q̄ fuit de natu
ra sua incidere ⁊ abstergere: reuerse sunt ad ea
rum sanitatem.
¶ Et idem auc. Gal. in. li. suo ad Glauconeꝫ F
qñ scripsit ei signa apostematis duri in splene
q̄ melior medicina eius est cortex radicis cap-
paris ⁊ scolopendrie ⁊ cortex tamarisci: ⁊ sum
mitates eius si coquantur in aceto.
¶ Gal. vii. sim. far. Qñ cortex tamarisci coq G
tur cum vino confert splem duro: ⁊ expellit do
lorem dentium: sed in fructu eius ⁊ in cortice
est stipticitas non pauca quousq3 virtus eius
est propinqua virtuti gallarũ viridiũ: nisi q2 ĩ
gallis viilis viridib⁹ manifestat̃ stipticitas solũ.
¶ Complexio fructus eius tamarisci est com- H
plexio inequalis: ⁊ possumus ei vti pro gallis:
⁊ cinis tamarisci quando comburitur hꝫ vir-
tutem desiccatiuam desiccatione forti: ⁊ est in
eo abstersio ⁊ incisio.
¶ Et idem in eodem li. capi. de mirica. Miri- I
ca ⁊ tamariscus abstersiue ⁊ incisiue ẽ virtutis
absq3 q̄ siccet manifeste.

¶ Plinius

R ¶ Plinius ca. de tamarisco. Tamariscus domestica hꝫ vtutē eādēꝫ sicut siluestris: nisi q̄ ē magis stiptica ⁊ minꝰ incisiua ⁊ abstersiua.

Capitulum. cccclxviii.



t Amarindi. Pādecta ca. dclxvij. Tamarindi arabice ⁊ latine. Grece oxifonitia. Sera. li. ag. ca. de tamarindo. Nascitᷓ multū ex eis in cesarea ⁊ in terris bamen: ⁊ folia eiꝰ sunt sicut folia filicis. ⁊ deferꝛ ex terris Indie. Et est fructus coloris rubei: ⁊ hꝫ medullā plurimā plusquā xilocaracta. crocei coloris ad nigredinē tendēs ⁊ hꝫ mellitatem: ⁊ est illud qḋ ex fructu administratᷓ postq̄ egrediunt grana eius. Et meliores tamarindi sunt noui: recētes: nō aridi: saporis acerrimi. Et virtus eorū est fri. ⁊ sic. in tertio gradu.

Operationes

A ¶ Virtus eiꝰ ē q̄ laxat colerā ⁊ reprimit acuitatem eius: ⁊ abscindit vomitū: ⁊ aufert pruritū ⁊ dosis aque eorꝫ postq̄ decoquūtur est lib. ß. ⁊
B aufert sitim. ¶ Et idem aucto. Mesuay. Est fri. in. ii. mollit ventrem: ⁊ est sicut pruna: nisi quia est subtilior ⁊ minoris humiditatis.
C ¶ Paulus capitulo de Tamarindo est frigida ⁊ sicca in secundo gradu.
D ¶ Aui. de viribꝰ cordis dicit: q̄ cōfortat cor.

Capitulum. cccclxix.

t Apsus barbatꝰ siue Tapsus barbassus latīe: grece flōmos. arabice busuri. Dyasco. ca. flōmos. Flōmos. i. tapsus barbassus: duo sūt eius gña: masculus ⁊ fēla. Vna est alba scꝫ masculus: alia est nigra scꝫ fēla. Masculus āt folia hꝫ oblōga ⁊ angusta: ⁊ bastā tenueᷓ ⁊ semē tenue. Fēla vͦo hꝫ folia cauliculo silīa sꝫ asperiora ⁊ latiora ⁊ bastā longam cubito vno albā ⁊ asperā. flores virides ⁊ albos: ⁊ semen nigrū. Radix est illi dura pollicis grossitudinem hñs: nascitᷓ in cāpis. Est alia flōmos agrestis vͥgas hñs lōgas in se ⁊ arborosas: ⁊ folia saluia silīa circa virgas suas. flores suos hꝫ aurosos aut mellīos sic̄ prassū: sꝫ folia sūt illi aspera circa terrā ⁊ obrotunda. Est alterū genus flōmos qḋ lignitꝰ dr: aut triallis: folia habēs tria aut quattuor aut plura: pinguia ⁊ aspera ⁊ grossa: quibus multi in lucernis vtūᷓ. ¶ Gal. viii. sim. far. ca. flōmos. Flōmos. i. barbassus: q̄dam est foliis alba: q̄dā vero nigra. Et alba q̄dem est masculus: cuius folia sūt strictiora. Alia vͦo femina cuiꝰ folia sūt maiora. Et vltra has est alia flommos agria. i. barbassus siluestris nūcupata aurifeꝛis ē floribꝰ radix pontica exīs gustu. ¶ Pli. ca. flōmō: qḋ latim barbassū vocāt: fri. ⁊ sic. cōplexiōis ē q̄rū altera ē masculusᷓ albidioribꝰ folijs atqꝫ āgustioribꝰ: altera fēla folia latioribꝰ

atq3 nigris. Est alius gen⁹ qð latini herbaȝ lu cernalẽ vocãt: ab eo φ ex ea lucẽ faciũt: vñ ꝛ lu cibꝛos eã vocãt: eo φ lucẽ ꝑbeat ymbꝛis.

Operationes

A ¶ Dyaſ. Radices oĩs generis ſunt ſtiptice flu xum vẽtris vnimodus ipſaȝ dat⁹ cũ vino ſtri git: elixatura carñ bibita cõquaſſatiões ꝛ do-
B loꝛes laterũ tollit: tuſſim mitigat. ¶ Doloꝛeȝ dentiũ gargariſmo adhibita cõpeſcit: flõmos vero q̃ floꝛẽ hꝫ auroſaũ capillos inficit. Folia eius cocta in aqua ꝛ vt cataplaſma ĩpoſita du ricies ꝛ tumoꝛes ol'oꝝ ſoluũt: maligna vulne ra melle ꝛ vino addito ad ſanitatẽ perducunt.
C ¶ Aceto vero mixto vulneribus recẽtibus ſin gulare pſidiũ eſt: punctũ ſcoꝛpionis mitigat. Agreſtis flõmos folia cõbuſtioni opitulãtur. Folia eius q̃ dr̃ femina cũ caricis cõpoſita me moꝛatis cancris putredinẽ non admittit.
D ¶ Gal. Radix eius fluxibiles paſſiones iuuat Gargariſant aũt eam in oꝛe quidã ad dentiũ doloꝛẽ: folia vero dyafoꝛetice ſũt virtutis: flo res eius capillos purificãt: oleum enĩ ſo. ſiccati-
E ue ꝛ moderate abſterſiue ſũt virtutis. ¶ Pli. Fomentatio facta ex vino decoctionis eius va
F let contra emoꝛoidas. ¶ Ad idem valet ſi anus ex eo tergatur poſt aſſellationem.
G ¶ Ualet etiam ad tenaſmonem eucatiſma ex aqua decocta: ꝛ contra fluxum ventris.

Capitulum cccclxx.

t Tereniabin. Pãdecta. dclxxviii. Te reniabin gdã dicũt φ ẽ mãna: ſꝫ falſo ſimõ ẽ vt mel albũ habens ſapoꝛem manne.

Operationes

A ¶ Sera. li. ag. capi. tereniabin. Tereniabin. i. mel roſaȝ: vñ eſt ros cadens de celo: ꝛ aſſimila tur melli granuloſo ꝛ aggregato groſſo gra nulis: ꝛ eſt noiatũ mel roꝛis: ꝛ plurimũ cadit ſup arboꝛes q̃ ſunt in terra coꝛaſceni ꝛ in oriẽ te: q̃ arboꝛes hñt folia ꝛ ſpinas virides ꝛ floꝛes rubeos: ꝛ nõ faciũt fructũ: ꝛ cadit ĩ ea ſtella ſu
B per ſũmitates palmaruȝ. ¶ Et virtus eius eſt equalis mollificatiua ventris: ꝛ eſt humectati ua pectoꝛis: ꝛ conuenit calidis naturaliter: ꝛ ꝑ prie qñ ſoluntur in aqua Iuiubaȝ ꝛ prunoꝝ.
C ¶ Et eſt ex eo melius album ꝛ nouuȝ: ꝛ doſis eius ab aureis decem vſq3 ad viginti aureos.
D ¶ Et idẽ auc. Rabix. Sedat ĩflationẽ febriũ calidarum: ꝛ aufert ſitim: ꝛ mollit ventrẽ mol lificatione mediocri: ꝛ educit colcram cum fa cilitate. Et melius ex eo eſt album nouum.



Capitulu3 cccclxxi.

t Terbẽtina. Pan. ca. cix. Botĩ arabice Grece terebĩtũ vĩ albotin: latine vo ar boꝛ grani viridis: ꝛ ẽ arboꝛ vñ emanat terbẽ tia. Sera. li. ag. c. botĩ. botin ẽ duaȝ ſpẽȝ: do meſtica

mestica ⁊ siluestris. Domestica.s.arbor terbē-
tina ē botin s₃ vitatē vl̄ terebītū.⁊ ē capin⁹ cu-
ius lacrim⁹ ē terebītina:⁊ ab ea dicit̄ pix ⁊ rasa:
⁊ fruct⁹ ei⁹ ē granū viride:⁊ siluestris ē lētiscus
arbor ī mōtib⁹ nascēs.⁊ dixit mihi qdā arabs.
Lētisci arbor ē sic̄ arbor grādiū magnaꝝ:nisi
q₂ ē pulcrior sūmitate.s.q₂ sūmitates ei⁹ sunt
ad rubedinē ↄ̄clives:⁊ sūt folia lenia:⁊ fructū
fac̄ ī racemis sic̄ botr⁹ magnitudinis granorū
granatoꝝ siluestriū:⁊ qñ maturant̄ fruct⁹ tūc
sūt rubei:⁊ folia ei⁹ silr̄ rubescūt.⁊ qñ fruct⁹ p-
fecte maturāt̄ sunt vt plimū nigri. Sciēdū ꝙ
iste arbor lētisci ē arbor q̄ grece vocat̄ scin⁹.cu
ius gūmi ē mastix:sic̄ appet in lr̄a mastix.folia
ei⁹ sūt sic̄ folia sorbi:⁊ odor ei⁹ ē odor ſtici. Nā
stinc⁹ vocat̄ plāta quā nos regnicole vocamus
lētiscū:scōgrue tñ:ex cui⁹ fructu extrahit̄ oleū
ō stinco. S₃ scin⁹ ē vere lētiscus.⁊ ē botin silue
stris. Gal.viij.sim.far.c.ō lentisco. Echin⁹.i.
lētisc⁹.frutex ħ ex aquosa sūba remissi calida
v̄tute ⁊ terrestri fri.nō mixta cōposita:ꝑpterea
ēt stipticat moderate:siccat ergo ī.ij.gradu iā
cōpleto vl̄.iij.īcipiēte ⁊c̄. Dias.ca.terebinti.s.
domestici:folia semē ⁊ coriū stiptica sūt sili di-
ligētia colligunt̄ sicut scinus. Semen eius ca-
costomaticū est. Est.n.calidum ⁊ diureticum.

Operationes

A ¶ Dyas. Terebintū domesticū vētrē stimu-
lat. Vino mixto morsib⁹ occurrit.ei⁹ resina eli
gēda ē alba ⁊ lipida vitreū hñs colorē ⁊ odorē
terebīti retinēs:vtilior ē oīb⁹ resinis.scd̄a post
B istā resinā vtilis ē resina scini. ¶ Tussi ⁊ ptisi-
cis medicat̄ more electuarij melle addito tora
cis vicia cōpescit:vētrē mollit erugīe cāpāe et
ere vsto:⁊ calcādo vl̄ nitro adiūcto lepras cor-
poris purgat.pus auriū melle ⁊ oleo mixto de
C tergit:pruriginē natur̄ ñ admittit. ¶ Profū
das plagas ⁊ vulnera replet.⁊ purgat malaxā
tib⁹ medicamīb⁹ necessarie miscet̄. Dolorē la-
teris ꝓhibet resina molli.i.pituita ⁊ colofonia
q̄ ex loco nomē accepit:hec vt electuariū data
tussi medent̄:oēs resine nō sunt vnius coloris.
Nā aut albe sūt:aut mellinū hñt colorē.fit.n.
resina liq̄da de cypresso:duriores vō resine sūt
D strobilina:pescilina:pituina:⁊ elatina. ¶ Eli-
gēda ē q̄ fuerit odorate vel limpida ⁊ nō liq̄da
valde:s₃ vt cera sit:⁊ nō valde fragilis. Me-
lior ē oībus pituina ⁊ elatina:q₂ odorate sūt.⁊
thuris hñt odorē.pescilina vō ⁊ strobilina ⁊ cy
pressina nimiā in se hñt virtutē. Nā scinina ē
silis terbētine:⁊ id operatur vt terbentina.
E ¶ Ysi. Terebintus est arbor generās resinam
osum resinaꝝ p̄stantiorē. ¶ Ambro. Si tere- F
binti fructus aqua misceat̄ in olei morē facile
transfundit̄. ¶ Glosa sup primū Regū. xvii. G
Terebintus est arbor de qua resina lachryme
p̄stantissime manat:vñ medicinalis industria
dissoluta cōglutinat. ¶ Glo.eccl̄. Terebintus H
est arbor breuis ⁊ fructuosa:nascit̄ ī syria cras
sissima est plenior ꝙ illa q̄ de cortice erumpit.
Huius arboris mascule sine fructu sūt. Femi
naꝝ duo sūt gn̄a. Alterius fructus rubet len-
tis magnitudine:alterius pallet:nec faba grā
dior:odore iocūdior.tactu resinosus. ¶ Pli. I
li.xij. In cocco insula nasci credunt̄ terebinti:
florē ībribus decussum terre halitu animāte.
¶ Idē li.xiij. Siria terebintū h₃:⁊ ex his ma K
scula sine fructu ē:s₃ in macedonia breuis est
arbor hec atq₃ fructicosa:in damasco sirie ma-
gna est. ¶ Idē li.xiiij. Terebinti bacce aut li- L
gnū recēs ī musto decoquūtur:sicq₃ vinū effi-
cit̄. ¶ Idē li.xvii. Resinā terebintinaȝ:vt fiat M
pix spissa:ī feruēti sartagine ponūt:⁊ hāc cete-
ris preferunt vt fiat pix in syria terebinto cor-
tices detrahunt. ¶ Idem li.xxiiii. Terebinti N
folia ⁊ radix collectiōibus imponunt̄ decoctuȝ
eorū stomachū firmat. Semen in capitis dolo
re bibit̄ in vino:⁊ contra difficultateȝ vrine vē
trē leuiter emollit:vētrē excitat Terebinti fo-
lia semen ⁊ coriū stiptica sūt. Semen eius ca-
costomachū ē. Est enī calidū ⁊ diureticum.

Capitulum. cccclxxii.

t Eda. Actor. Teda est arbor picea flā
mis ac luminibus apta. Ob quā cau-
sam vt estimo transumpto nomine lā
pades siue faces dicuntur tede.

Operationes

A ¶ Plinius li. xvi. Sextū gen⁹ arborū picē gi
gnētiū ē teda ꝓprie dicta. abūdātior succo ꝙ̄
reliq̄: parcior ligdiorqꝫ ꝙ̄ picea flāmis ac lumi
nib⁹ ēt sacroꝝ grata. Hāc mares dūtaxat fe-
rūt: ꝛ eā quā stactē greci vocāt odoris grauis-
B simi. ¶ Laricis morb⁹ ē vt teda fiat: hec autē
scꝫ teda: sicut ꝛ alia gnā que picem ferūt: accē
sa fuligine in modica repente carbonē cū eru-
ptionis crepitu expuunt: iaculanturqꝫ lōge ex
cepta larice: q̄ nec ardet nec facit carbones nec
alio mō vt ignis cōsumit ꝙ̄ lapides.
C ¶ Pix liquida in europa e teda coqtur muni
endis naualib⁹: multosqꝫ alios ad vsus lignū
eius cōcisum: furnis vndiqꝫ igni extra circun
dato: ferro vt in pinis sudor cali fluat aq̄ mō:
hoc in syria cedrū vocatur: eaqꝫ i egypto cor-
pora holuꝫ defunctorū pfusa seruant. In teda
cū humor manare desinit ex alia parte cortex
sitr aperit: ac deinde alia. Postea vero vt pix
eliciat: arbor tota succidit: ꝛ eius medulla vti-
tur. Mōtes amat teda ꝛ larix sicut ꝛ cedrus.

Capitulum. cccclxxiii.

t Ilia. Tiliā vocatā dicūt: eo ꝙ vtilis
est ad vsum teloꝝ nitore ꝛ leuitate
iaculandi. Est enim id genus mate
rie leuissime ad sculpturam vtilis.

Operationes.

¶ Plinius libro. xvi. In arbore tilia differūt A
mas ꝛ femina. Nam in mari materies dura
russior atqꝫ nodosa: sed odoratior: corterqꝫ
crassior ac detractus inflexibilis. Nec fert se-
men nec florem vt femina que crassior arbor ē
materie candida precellensqꝫ.
¶ Est autē mirū in hac arbore fructū a nullo B
attingi animaliū folioꝝ tū corticisqꝫ dulcē eē
succum. Inter corticem ꝛ lignum tenues hēt
tunicas multiplici mēbrana. e qb⁹ euocātur ti
lie vincula. Tenuissimū habet corium philire
coronarum lemnitis celebres antiquorūqꝫ ho
nore. Materies teredines nō sentit procerita-
te per quam modica: sed vtilis. Cortex est tilie
in vsu magno sicut abieti ꝛ fago.
¶ Cancbrum etiaꝫ gignit in tilia: vicꝫ pillula C
vim vrendi habens in medicina: de qua dictū
est supra. Montes ꝛ valles diligit tilia sicut et
abies ꝛ castanea. Mirumqꝫ quod euenit tilie
vlmo quoqꝫ euenit. Circumaguntur eniꝫ fo-
lia earum post solsticium: nec alio argumēto
certius intelligitur sidus confectum.
¶ Idē Plinius. Tilia est arbor nobilissima D
eademqꝫ videtur, ꝛ candidissima. Corticē tenuē
habet: ꝛ paulo ante equinoctiū vernale germi
nat sicut acer lentissima. Et ideo scutis facien-
dis aptissima quaꝝ plaga se protinus contra-
hit. Vulnusqꝫ suum claudit: ꝛ ob id contuma
cius ferrum transmittit: in quo genere sunt ti
lia ꝛ sambucus ficus ꝛ salix ꝛ populus.
¶ Idem in lib. xvij. Tilia cerasus ꝛ vitis corti E
cem mittūt: sed non vitalem corpori proximū:
verū eum q alio subnascente expellitur. ꝛ qui-
busdā vt platanis est cortex rimosus. Tilie ve-
ro renascitur paulominus ꝙ̄ totus.
¶ Idem in lib. xviij. Solsticium estiuale folia F
Tilie vertit ad mille vsus petende: ꝛ est confe-
cti sideris signum.
¶ Idem in lib. xxiiij. Tilia lepras sedat. Cor- G
tex potus in aqua frigida aluum purgat.
Imponitur ꝛ collectionibus lacrima ꝛ vulne-
ribus ambustis. Humore in folliculis huius
arboris nascens cuti nitorem inducit. facieqꝫ
gratiorem prestat. Cauliculi foliorum primo
vino decocti tumores sanant. Ex libro de na-
turis rerum eodem modo habetur: licet sub
alijs verbis.

Capitulum

Capitulum. cccclxxiiii.

Titimallus latine. Arabice xencua.
Serapion li.ag.ca.xencua.auc. Dy-
as. Xencua.i.titimallus. Et sunt eius
septem species. Quarũ vna dr̃ arabice baras-
mas. Grece vero caritias vel comites vel co-
mos. Et est masculus habens virgas quaruʒ
lõgitudo est plus vno brachio. In quaruʒ co-
lore est rubedo plena lacte albo acuto: ⁊ folia
sup virgas ipsas: similia foliis oliue: nisi quia
sunt longiora ⁊ strictiora: ⁊ radix eius est gros
sa aspera: ⁊ in summitatibus illarum virgarũ
sunt come similes iunco: ⁊ in summitatibus il-
larum comarum sunt capitella similia capitel
lis illius speciei: que dicitur nomlalis: ⁊ i istis
capitellis est semen. Uirtus eius est laxatiua:
⁊ ista est camelea. Et est alia species que nomi-
natur arabis: ⁊ grece carsites: ⁊ est femina: ⁊ ẽ
similis plante que dicitur didomedas: ⁊ habet
folia similia foliis mirti: nisi quia sunt maiora
⁊ strictiora ⁊ duriora: ⁊ sunt fetidi odoris: ⁊ ha
bent acutas summitates sicut spinas: ⁊ habet
virgas egredientes ab vna radice longas cir-
ca palmum vnum: ⁊ habet quod profert om-
ni anno simile nuci. Et ista nux dicitur vomi-
ca: ⁊ mordicat lingua mordicatione forti. Et
nascitur locis asperis. Uirtus aũt istius est si-
milis virtuti prime: nisi qꝛ cõmouet citius vo-
mitum ꝙ prima. ⁊ ista ẽ femina. ⁊ est ista spẽs
laureole. Et ẽ spẽs alia q̃ dr̃ arabis. ⁊ grece pa
ralios: ⁊ ei⁹ expositio ꝓprie maxime est illud qđ
nosant homines migath ⁊ cansomias: nascit̃
in maritimis locis: ⁊ habet ramos quinqʒ aut
sex aut septẽ ex vna radice. quorum longitudo
est circa palmũ vnum rectos: quoꝝ color ten-
dit ad rubedinẽ exeuntẽ ab vna radice. In q̄-
bus sunt folia parua ⁊ stricta ⁊ oblonga: similia
folijs lini. in summitate ramoꝝ sunt capitella
amigdalata rotunda: in q̄bus ẽ semen orobo
simile coloris varij. ⁊ sũt ibi flores quoꝝ color
est alb⁹: ⁊ est tota plãta lacte plena: ⁊ ista voca
tur latine esuala. Et spẽs alia q̃ arabice vocat̃
elyostropos: grece elyoscop⁹ hẽt folia similia
portulace. nisi qꝛ sunt subtiliora ⁊ rotũdiora: ⁊
quattuor habet ramulos aut q̄nqʒ egredien-
tes ab vna radice. longitudo quoꝝ est circiter
palmũ vnũ: subtiles ⁊ rotundos rubeos ⁊ ple-
nos multo lacte: ⁊ habet in summitatibus ra-
moꝝ coronã similẽ corone aneti: in qua ẽ flos:
⁊ semen est ei circa folia. q̄ ad cursum solis cõ-
uertitur cũ eius reuolutione. Et propterea dr̃
elistropos: ⁊ eius expositio ẽ aspiciẽs solẽ. Na
scitur in ciuitatibus plurimũ ⁊ in cauernis iu-
xta muros. ⁊ iste cõmuniter vocatur a latinis
titimallus paruus. Dicitur titimallus a timã
qđ est sol: ⁊ mallos quod est coma: qꝛ titimal-
lus vertit suas comas ad solem. Et est alia spe
cies q̃ dr̃ cyparissias. habet virgas fere vnius
palme longas aut plus: quarum color est ru-
beus: in q̄bus oriunt̃ folia similia folijs pini: q̃
dr̃ calicaris: nisi q̄a sunt molliora ⁊ subtiliora
⁊ minora. Et vniuersaliter sunt similia eis in
ꝑncipio sui ortus. ⁊ ꝓpterea sic nominatur hec
planta: ⁊ est plena lacte. Nascit̃ in locis lapi-
dosis ⁊ siccis. Uirtus ei⁹ est similis virtuti alia
rum. Est alia spẽs: ⁊ est illa q̃ nascitur itra la-
pides ⁊ dr̃ deodrodes: habet multos ramos:
⁊ color ramoꝝ ẽ rubeus: ⁊ sup summitates ra
moꝝ sunt folia mirti similia: subtiliora ⁊ lon-
giora paruʒ: ⁊ habet semen simile semini illi⁹
speciei que dicitur caricias: ⁊ modus operatio
nis ⁊ virtutis eius ex forma repositionis eius
est sicut dictarum specierum. Est alia species
que dicitur plantafilos. que habet folia simi-
lia folijs plante. q̃ dicitur flõmos: ⁊ radix eius
⁊ flos eius ⁊ lac eius laxat aquosum humorẽ:
⁊ quãdo teritur ⁊ ꝓijcitur i flumine vel stagno
occidit pisces. Et etiã species supradictorum
lacticiniorũ quas supra diximus faciunt hec.
Est alia species lacticinij q̃ dr̃ pithias similis
speciei q̃ dr̃ cyparissias que potest reponi cum

supradictis septē speciebus titimalli : ⁊ ꝓpter hoc posuerūt illā iter spēs titimalli . hēt vgas lōgitudine vnius brachij:siſes virgis lētisci. nisi q2 sūt lōgiores.⁊ plene nodis.⁊ folia habz stricta ⁊ acuta.i sūmitate silia folijs pini. ⁊ pp hoc sic noiaṫ.⁊ hēt flores magnos ad lōgitudinē tendentes.quoꝝ color ē purpureus.⁊ habz semē depressū simile lenti:⁊ hēt radicē magnā albam ⁊ grossam:in qua est multum lac.

Operationes.

A ¶Galienus.viij.sim.phar.cap.de Titimallo ſm translationem arabicam.Virtus oium illorum lacticiniorū est ca.⁊ sic.in quarto gradu.Virtus titimalli est laxatiua:laxat flegma ⁊ coleram:⁊ prouocat vomitum.

B ¶Galienus eodem libro ⁊ eodem capitulo ſʒ translationem grecam . Omnes quidem habent acrem ⁊ calidam virtutem predominantem.Inuenitur autem amaritudo in eis fortissima:ergo omnium est opos ⁊ frondes.

C ¶Participat vero ⁊ radix predictis virtutibus:sed non equaliter.Ipsa autem cocta cuz aceto dentium dolores ⁊ maxime quicūqʒ corrosis ipsis fiunt curat.Opos vero fortiores habet virtutes ad foramen dentium.⁊ alias partes corporis mox vlcerat extrinsecus emplastrata est enim ex quarto gradu calefacientiū que causticorum diximus esse.

D ¶Item autem ⁊ pilos aufert perunctos opos quia vero fortis est miscetur oleo.⁊ si multotiens hoc fiat tandem radices pilorum perimit: ⁊ nudum eis fit corpus.

E ¶Secūdum eandem aūt virtutem acrocordines ⁊ formicas ⁊ pterigia ⁊ tylos tollit. Abstergit āt ⁊ empetigines ⁊ scabies:eo ꝙ abstersiua ei adest virtus pp amaritudinē ⁊ fagedenica:⁊ vlcera carbūculosa ⁊ cācrosa. qm̄ calefacit fortiter ⁊ abstergit.Iuuare nata est si qs in tempore ⁊ mensura eo vtatur.Atuero ⁊ fistularum tylos eadem virtute curamus.

F ¶Hec omnia operantur omnes opi titimallorum ſm genus similiter.debilius vero folia ⁊ fructus operari nati sunt:quibus ad pisces qui stationarijs aquis vti assueuerunt. Citissime enim ab eis iebriati ⁊ semimortui facti ad superficiem feruntur aque.

G ¶Cum autem sunt septem speciem titimalli fortior est qui caricias nominatur:quem ⁊ masculinum quidam nomināt:⁊ qui in lapidib' nascitur:qui dicitˀ denorodes:ꝯsequēter aūt q barbasso assimilatur ⁊ cyparisias. deinde paralias:deinde autem elyostrophos.⁊ cetera.

Capitulum: ccccl xxv:

t Himus.Ysi. Thimus dicitur eo ꝙ odorem refert flos eius. ¶Dyas. thimus est herba omnibus nota . frutex habens folia angusta:pusilla ⁊ oblonga : ⁊ in summo capitella in specie formicaruʒ in se implicata.Est enim hec humilis ac ramosa cum duris ramulis ⁊ lignosis:cui flos est purpureus.Et nascitur in locis saxosis ⁊ asperis.

Operationes

¶Plinius lib.xxi.Thimum oportet in flore colligi ⁊ in vmbra siccari.Duo sunt autē eius genera candidum radice lignosa nascēs in collibus:quod prefertur.Alterum vero nigrius florisqʒ nigri:vtraqʒ multum estimantur ⁊ in cibo ⁊ in medicamentis oculorum claritati cōferre. A

¶Dyas.Vires habet acres ⁊ calefactorias paulum stringentes:propter quod omnib' stomachi thoracisqʒ vicijs aptissimum est medicamen.Bibita vero cuʒ sale ⁊ aceto flegma deponit per ventrem. Elixatura eius addito melle medetur ortonoycis ⁊ asmaticis.lumbricos excludit.menstruis imperat: secūdinas deponit:abortum facit. B

¶Cataplasmata tumoreſ recētes spgit sāguinē coagulatū dissipat:clauosqʒ corpis tollit. C

addito

addito polline & macerato cum vino sciaticis est salutaris feruens superposita. Oculorumque caliginem detergit commesta.
D ¶ Condituris oibus necessarie admiscetur.
E ¶ Constan. in li. graduu. Thimu est i. iij. gradu ca. & sic. Cu sale & aceto grossum flegma purgat: & viscoso flegmati pectoris succurrit: lumbricos expellit. menstrua educit: acuitate flegmonis de pectore excludit: & opilatione lterio rum aperit. ¶ Auicen. can. ij. Medicine thimi semen foris est caliditatis. Prouocat & extrabit embriones mortuu: & solutione sanguinem educit: & humorem colericum: extrabitque
F vermes. ¶ Palladius. Thimu in septembri mense vltimo couenit serere: sed melius plantis nascitur quis possit & semine. Agrum diligit apricum: macrum maritimum.

Capitulum cccclxxvi.

G ¶ Collor illius cinericeus: ꝛ ad citrinitatem declinis: oculi eius sunt vehementis luminis: ꝛ interficit a duabus horis vsqꝫ ad tres.

H ¶ Quem autem momorderit: alteratur color eius ꝛ stupescit: ac multiplicat eius singultus: ꝛ infrigidātur membra eius. Palpebre quoqꝫ eius clauduntur: ꝛ profunde dormit. Ad eius morsionem est iuuatiuū emplastrū cum calce ꝛ melle ꝛ oleo.

I ¶ Plini. li. viij. Aspidum colla intumescere nullo ictus remedio asseritur: preterꝙ si partes contacte confestim amputentur.

K ¶ Idem libro. xi. Aspidum dentes in os vergentes sunt ne cibi excidant nullum habentium adminiculum retinendi: sed duo sunt in superiore parte dextra leuaqꝫ longissimi: tenui fistula perforati venenum infundentes: vt scorpionum aculei.

L ¶ Solinus. Plures varieqꝫ sunt aspidum species: vt Dypsas. Ypnalis: Emorrois: prester: sunt autem ammodate: est ꝛ cenchris: elephantie: chersitra: camedracontes. Mostra hec sibilant: ꝛ (vt ferunt) affectus habent nec temere nisi coniuges euagantur.

M ¶ Philosophus. Aspidem Lucanus somniferam vocat: qꝛ vulneratus ab ea somnuꝫ morti continuat. Fertur autem sic incantari Demones discurrunt cum verbis ad serpentes: ꝛ infectione interiori hoc faciunt vt serpentes ad nutum eorum moueantur: ac sine lesione tractabiles exhibeantur.

Capitulum. xi.

Ranea. Isi. li. xij. Aranea vermis est
a aeris: ab aeris nutrimento nominata: que exiguo tempore longa fila deducit: ꝛ tele semper intenta nūꝙ desinit a labore: perpetuūqꝫ sustinet in suo opere dispendium: qꝛ sepe ad modicum flatuꝫ venti aut pluuie stillicidium rumpitur tela sua: tunc totaliter perdit laborem suum. Auicenna ait: ꝙ aranea est modicum animal reptile multipes: sex vel. viij. habēs pedes: quos semper habet pares: ꝛ nunqꝫ impares: ꝛ hoc fuit necesse vt semper esset eius incessus equus sicut ꝛ ipsuꝫ onus: ꝛ hoc est generale in habētibus duos vel plures pedes: habet autem aliquos pedes longiores: ꝛ quosdam breuiores propter diuersas quas facit operationes: nam cum quibusdam fila subtiliat ꝛ in longuꝫ protrahit. Cum quibusdam vero pariter fila nectit: cum quibusdam per fila repit: ꝛ quando vult in tele superficie immobiliter se suspendit: vnde residēs in tele sue medio subito sentit muscam telam in parte remotissima contingentē ꝙ subito inuadit ꝛ aggreditur tāꝙ hostem: de qua si triumphare potuerit eam ne euadat: inter tele sue fila multipliciter circumuoluit: ꝛ primo capiti insidens eius hu-

miditatem fugit: et de tali muscarum venatione vivit: nam eius gustabile proprie est talis humor: sicut gustabile apis est mel sicut dicit idem Avi. et Aristo. ¶ Item in genere aranearum est diversitas sexus. Et dicit Arist. lib. v. Et est femina maioris corporis quam masculus: et pedes habet longiores flexibiliores et habiliores ad motum: et etiam ad texturam. Et sic idem in li. v. ¶ Tempore coitus et amoris femina attrahit marem: per fila tele: et post masculus feminam: et non cessabunt donec coniungantur: et masculus ponitur super ventrem femine: et iste modus est necessarius propter ventris rotunditatem: et ista coniunctio maxime est in fine veris et in principio estatis: et aliquando in autumno: et in principio hyemis: et tunc maxime sunt nocive: et earum puncture amplius venenose. ¶ Item Ari. li. viij. Genera aranearum sunt multa. Nam quedam sunt parue et diversi coloris: et sunt acute et velocis motus. Alie sunt maiores et coloris nigri: et earum crura anteriora sunt longiora: et sunt tardioris motus nisi quando coitu stimulantur. Et nigre solent texere iuxta terram inter foramina: et manent in textura sua quousque aliqua ceciderit bestiola: sicut musca quam deprehendunt: et si habent famem sugunt eius humiditatem: et tunc deserunt ad locum suum ubi deponunt: et reservant eam donec iterum esuriem patiatur. Et quando totam hausit humiditatem: deiicit residuum et revertitur ad venandum: et non venatur quousque reperit quod captum est de textura. Et si quis ruperit texturam incipiet ipsam reparare circa occasum solis vel circa ortum: et maxime laborat: quia tunc plures bestiole incidunt in texturam: et femina parit et venatur: et masculus iuvat eam. Abscondit autem se in textura vel sub tela ne a bestiolis videatur: et maxime quando est magna: quia propter eius magnitudinem non de facili operatur. Facit et femina ova primo ex quibus modice aranee post formantur et statim quando pariunt ponit eas in textura: et statim se movent et disponunt ad texendum ac sic nutu materno sunt instructe ad venandum. Unde statim aptat retia convenientia prede sue: et est species quedam aranearum que venantur lacertum parvum quando ipsum incipit texere super ipsum quousque liget eius orificium ligatione forti: et tunc saltat supereum et pungit quousque moriatur. ¶ Item in eodem libro et dicit idem: quod sepe inveniuntur quedam aranee in alvearibus apum: et ille corrumpunt mel et sugunt liquorem: et sic circa favos faciunt texturas et corrumpunt eos. ¶ Idem dicit Avi. et Pli. de generatione aranearum li. xi. ca. xxv.

Sicut aranearum natura precipua admiratione est digna. Cuius plura sunt genera: inter que est quedam que dicitur spalagio: cuius corpus est exiguum varium acuminatum velox ad saltum: noxium habens morsum. Alia est species maioris corporis et nigri coloris et cruris longioris etc. ¶ Aranearum autem tele ut dicit Aristo. et Pli. Ex earum visceribus quodammodo nature artificio generantur subtilissima compositione protexte morecretis componuntur et parantur: et filis subtilissimis connectuntur: et hoc ne a muscis et aliis bestiolis quibus tenditur videantur propter grossiciem: cum labare quidem componuntur: sed miro modo faciliter dissipantur. Ignem non sustinent: ventum timent cuius impetu rumpuntur et subito denudantur.

Operationes.

¶ Pli. Et quis venenosa sit aranea de cuius egreditur visceribus tela: venenosa tamen non est quando post multum usibus medicine utile deputatur. A

¶ Nam ut dicit Dyas. Tela aranearum alba et munda pulverulentis sordibus non admixta vires habet constringentes conglutinantes et refrigerantes: ideo sanguinem restringit a vulnere defluentem supposita vulneri prohibet fieri saniem: et sanat plagam recentem et prohibet inflaturam sanitatem vulneris retardantem. B ¶ Item remedium contra morsus olim aranearum est cerebrum gallinaceum cum exiguo piperis bibitum cum vino dulci. C Item coagulum agni potatum cum vino sanat morsus aranearum. ¶ Idem facit cinis ungule arietine cum melle. D ¶ Item musce contrite et posite super morsum extrahunt venenum et mitigant dolorem. E Sunt et alia remedia que enumerat Pli. et Albertus. ¶ Pli. eodem li. ca. vj. Aranea longa et candida tenues habens pedes contrita in veteri oleo dicitur solvere albuginem oculorum. F

Capitulum.xij.

Lacte bisantia grece: arabice acbasar: latine vngula aromatica. Sera.
b li.ag.ca Acbasar: est conchilium ex speciebus ostracorum: et est similiter de conchilijs purpureis: et reperiuntur in regionibus indie: et in aquis iuxta quas oritur spica nardi. Odor autem eius aromaticus est: quoniam ipsum animal comedit nardum. Et ipsa colliguntur in tempore estiuo: quando aqua desiccatur: et reperitur etiam ex eis in littoribus maris arzum. Et color eius est declinis ad albedinem: et aut be sunt meliores: et est pinguis. Sed illa que nascitur in babylonia est subnigri coloris: et est minor illa: et omnes habent bonum odorem. Et quando fumigatur domus cum eis sentitur odor earum sicut castorei. Sera.li.ag.ca. ostracorum. Blacte bisantie sunt ex vngulis. ostracorum: et sunt coopercula quibus teguntur in foramine suo: et meliores sunt que vergunt ad albedinem: et sunt odorifere: quorum odor trahit aliquantulum ad odorem castorei.

Operationes.

A ¶ Gal.cap.ostracorum. Quando blacte bisantia sumitur cum aceto in potu attenuat splenem et quando fumigantur cum eis mulieres habentes suffocationem matricis confert eis: et iste fumus excludit secundinam. B ¶ Et quando ex eis fumigatur epilenticus excitat ipsum.

Capitulum.xiij.

b Onnacon. Solinus. Bonnacon est animal quod in locis frigie nascitur, huic taurinum est caput: ac deinceps omne corpus: iuba tantum equina: cornua vero tam multiplici flexu in se recurrentia: vt si quis in ea offendat non vulneretur: sed quicquid presidij monstro illi frons negat aluus sufficit. Nam cum in fugam se vertit proluuie citati ventris fimum egerit per longitudinem trium iugerum: cuius ardor quicquid at tigerit adurit. Ita egerit noxia submouet insequentes. Actor forsitan. Hoc animal idem est quod vacca siluestris secundum Aristotelem: que habet cornua declinantia adinuicem: nam et boues siluestres siue bubali alio nomine dicuntur bisontes. Aristoteles. Bonnacus est animal catonia in quodam monte tauro similis. sed est in eo crinis descendens ad duas partes spatularum. Huius pili molliores sunt quam equi et breuiores crines eius omnes continui. sunt: et vsque ad oculos perueniunt. Et qui ex pilis eius sunt inferius lane assimilantur. Pili vero qui sunt super eius frontem conueniunt: vsque dum separentur secundum discrimen. Color eius est rubeus: et forte erit ad nigredinem declinans: huius vox assimilatur voci tauri: nec habet dentes superiores sicut nec taurus habet duos sotulares: et caudam breuem respectu corporis: et cauat terram: habet et corium multos ictus patiens: huius caro dulcis est: et ideo deprehenditur. Cumque percutitur fugit et quiescit. Cum autem debilitatur: pugnat. Et stercus per quattuor passus eijcit. Cum vero tempus partus eius appropinquat adunantur ex eo genere multi pariter circa ipsum stercus congregant: et ipsum quasi murum ponunt. Est autem animal multi stercoris.

Capitulum.xiiij.

Os. Ysi. Bouez greci boetē dicunt:
b latini trionem vocant quasi terionē:
eo φ terrā terat: cuius latitudo pelliū
a mēto ad crura palearia dicunē a pelle qua-
si pellearia: φ est signū generositatis in boue.
Boum in socios eximia pietas est. Nā alter
alterū inqrit: cū quo ducere collo aratra con-
sueuit: ⁊ frequēti mugitu piū testaē affectuz si
forte defecerit. Aristo. Bos coit post annū:
⁊ forte post. viij. menses. Post biēnium autē
pregnans est. ix. mensibus: viuit annis. xv. ca
stratus autez. xx. Actor. Bos est animal mū
dum ħm legē ad imolandū ⁊ ad comedendū:
q: ruminat ⁊ findit vngulā: paleas comedit:
iugo premitur: stimulo cogitur: terraz arat.
Pli. li. v. boues ⁊ animalia qbus ꝯtinui sunt
dētes bibēdo sorbēt vt equi. Idē in li. xj. Su
periores priores dentes non sunt bobus sicut
nec ouibus: ⁊ oibus ruminātibus: boues aūt
mutant dentes. Horū caudis est lōgissimus
caulis atqz in vna pte birtus. In genere boū
feminis tantū vox grauior: cū in omni alio ge
nere sit exilior φ maribus. Theofrastus pro-
bat boues pisce vesci: sed nō nisi viuēte: bouz
attritis vngulis aruina vngendo cornua me-
dentur agricole. Adeoqz sequax carnz natu-
ra est vt in ipsis viuētium corporibus feruēti
cera flectanē: incisaqz nascentiū in diuersas
partes torqueanē vt singulis capitibus qua-
terna fiāt. ¶ Ysaac in die. parti. Bouina ca
ro ad cōparationem carnis pecudū siccissima
est: ideoqz sanguinē generat grossum ⁊ turbi
de: ⁊ melācolicū: multūqz dat nutrimentum.
Inobediēs est digestioni: tardeqz de stō eijciē
⁊ ventrē cōstipat: φ si eo assueti melācolice cō
plexionis fuerint fiūt splenetici vel quartana-
rij: vel ydropici: vel scabiosi: vel leprosi: ħz cō-
plexionē quā preparatā bis morbis inuenit.

Operationes.

¶ Aui. Bouinum fel cuz nitro ⁊ ethimolea A
valet ad furfures: cuz caput eo lauatur. Idē
quoqz fel aperit orificia emorroidarū: ex eodē
cum melle linitur palatum ad prouocationē.
¶ Dyas. Lac bubulcum oris vulnera recen- B
tia ducit ad sanitatē. Fimus boum iuuat ad
apum ⁊ vesparum ictus.
¶ Ydropicus etiaz illius ex eo iuuatur: si ad C
solem multū iaceat desiccatur. Maximū ve-
ro beneficiū prestat fimus masculi bouis steri
cis mulierum fumigatus pro pendentibus.
¶ Pli. li. xxviij. Bouis sepū cuz adipe anse D
rio ⁊ ocymi succo vlcera oris ac rimas sanat.
Item contra ea que vlceratione venena cne-
cant sepū bubulcum: alias bubuluz auxiliaē.
¶ Medulla quoqz bubula ex crure dextro E
pore trita cuz sanguine pilis palpebrarumqz
vicijs ⁊ angulorum occurrit.
¶ Si vero grauitas sit audiendi fel bubuluz F
prodest cum vrina capre vel birci.
¶ Talus bouis accēsus dētes cum dolore la- G
bentes confirmat ad motus. Eiusdez quoqz
cinis cum mirra bonum est dentifricium.
¶ Lien bubulus ī melle datur ⁊ illinitur ad H
lienis dolores. Lac bubulum ceteris medica
tiuus est. Bubulo sic quidem lacte cuncta ve
nena expugnari tradunt vomitione. Prete-
rea tenasinus poto lacte bubulo tollitur.
¶ Stomachum exulceratū lactis bubuli po- I
tus reficit: eiusqz rosiones caro bubula mixta
acēto ⁊ vino cocta: ad bois etiā morsuz bubu
la caro cocta ⁊ īposita efficax ē. Canū scabies
sanaē sanguie recēti bubulo. Iterūqz cū mar
cescat illico ⁊ postero die abluto cineē lixiuio.
¶ Haly. Fel bouis tinnitibus ⁊ auris soni- K
tui medetur si cum bombace supponatur.
¶ Si cuz oleo mixto instilleē auri mitigat do L
lorez ex frigido. In lotio quoqz bouz si infun
dat se homo optimū est stō dolenti ex frigido.
¶ Prodest etiaz emorroidis. Fimus boū ca M
thaplasmatus sup apata grossa dissoluit ea.
Si vero cōburaē ⁊ narib⁹ insuffleē: sanguis flu
xum ab eis sedat. Preterea si cathaplasmeē

co modico cum butyro vetri ydropici manifestissime medet. ¶ Jecur bouis si comburat et bibatur vetris solutioni pdest et fluxui sanguis. N
¶ Os quoque bouille si comburatur dentes comotos ex se fricatos solidat. O
¶ Et si cum squinanthi bibat: splenes liquefacit. Appetitu coitus excitat: ac lepre prodest. P

Capitulum. xv.



Omber. Ysi. in li. ethymo. Bombex est frondium vermis: ex cuius textura bombicinum conficit. Hoc aut nomine appellatur eo quod euacuet dum fila generat: et aer solus in ea remaneat. Pli. Bombices telas aranearum modo texunt ad vestes luxusque feminarum que bombicina vocat. Bombicum genus est in Assiria proueniens nidos luto fingunt: salis spes applicatos lapidi tanta duricia: vt spiculis pforari vix possint: et ceras largiores quam apes faciunt. Deinde maiores vermiculos. Et in choo insula tradunt nasci cypressi: terebinti: fraxini: quercus flore imbribus decussum terre halitu animate: fieri aut papiliones paruos nodosque inox frigoris inpatientia villis inhorrescere: et aduersus hyeme tunicas sibi densas instaurare: pedum aspitate radentes foliorum lanugines in vellera. b
Phisiologus. Bomber vermis est faciens sericum filosum de ore suo in quo sepeliat se: ad hoc vt renascat coplet. Et postquam reiecerit omne quod stercoratum est ac ferulentum ac nigrum de corpe suo: tunc corpus eius transluciens est cum aspicit ad solem. Folijs gde celsi vescit: que vulgo morus dr. Sed postquam operari ceperit escam renuit. deliciosa labori operam diligenter impendens. Ca lachi vero parietes industrius textor circuit: lanam educens crocei coloris: quam niuei candoris p ablutionem efficit antequam artificialis tinctura supilduat. Consumato aut ope nobilis textoris thecam in ope proprio inuolutam cetonijs subintrat ianuam filijs papilioni. Semina postea minuta eijcit: ex nature penuatibus secretis que per hyeme reseruant: vt aere clementiore redeunte: carni humane admota in sinu fomenta suscipiant vsque dum natura motum seminibus conferat animalis. ¶ Idem vermis et lanificus appellat ex lana serica: quam de proprijs visceribus operat.

Operationes.

¶ Sericum porro putrida vulnera combustum mundat et confortat. A
¶ Et si cum melle comburatur: rubiginem dentium curat. B
¶ De arbore in qua isti vermes nutriuntur lege cap. lxxxix. in primo tractatu de B. C

Capitulum. xvj.



Orax et Botraca. Ex lib. de na. re. Borax est genus bufonis quod in capite portat gemma sui nois: hoc vulgo cropondia vocat. Sed qui bufoni viuo et palpitanti extrahit: tunc ipse lapis in medio sui oculum habere dr. Cum bnit aliquam diu mortuo extrahit tunc malicia veneni oculus extinguit: et lapis viciat. b
¶ Phisiologus. Borax de genere bufonis est: hoc pp veneni quatitate qua tangit inflat. Cum aranea pugnat: et ab ea vincit. Nam cum illa frequenter

quēter pupugerit: ille se vindicare nō valēs: ita tū inflādo se exuberat: q̄ medi⁹ crepat ⁊ morit. Hui⁹ morsus pessim⁹ ē ⁊ isanabil efficit. Gēmā i frōte nutrit p̄ q̄ occidit: ⁊ q̄ ab ipso alali borax appellat: q̄ñ extictū hʒ oculū. Herba spāli vtit i q̄ visū recupat: ruta vo iterficit: hūida loca et marcidi libēter ibitat. odit claritatē solis: nec cū ō facili videre patit. nocte ābulat. ⁊ h̄ magis p vias boiuʒ tritas vestigijs: p dī vo latet i abditis. odorē florētis vitiee fugit: ⁊ ppe cubitales magnitudinē aliq̄ crescit. In hispanie partibus illud precipue boracis gen⁹ habitat: qd lapidem in fronte portat.

Capitulum xvii.

Ysō. Actor. Bufo ē alal venenosissimū: b olb⁹ notū: qd vī ab auctorib⁹ dici rubeta vl crassātiū. Est āt bufo frigidissima bestiola ⁊ aspectu fedissima. q̄ fert hēc cor i guttu re. vñ nec ō facili iterficit: nisi p mediū gutt trāsfigat. Ex putredine āt vl corruptōe terre nasci putat. Ex li. ō na. re. Bufo ēt reptile venenosū hʒ visū pestilētē: attactū sordidū. Terra vescit: ⁊ h̄ pōdere ⁊ mēsura. Quātū. n. i āteriori pede cōcludere pōt: h̄ illi. p cibo quotidiāo ē. Timet eni ne sibi terra. p cibo deficiat. In gallie ptib⁹ ē bufōis gen⁹: qd cornutū dī: q̄ cornisat vt. vñ a sono vocis sic appellat. Colores hʒ duos: tetrū ⁊ croceū. Hij vo. pdeūt: ⁊ tūc voces tubaruʒ edūt. Duoqʒ ⁊ duo voces tubaꝝ reddūt iuicē. In sola gallia vocifeti viuūt. elati vocē pdūt et muti fiūt. Phisio: bufo ē alal horrozis qd nūc cū aranea: nūc cū lacerta: q̄nqʒ vo cū colubro vl ēt cū spēte pug̃ subit. Lesus āt veneno alterius alalis venenosi a plātagie medelā accipit. Saluia libēter vescit: cui⁹ radix bufoni mortalis ē. Lapis i capite bufonis ifuēt⁹ ⁊ ab bole gestatus veneni maliciā arcet. Ex bufone quoqʒ p cōbustionē i puluerē redacto cū sibi relinqt: bufo viuus regenerat: nec tm̄ vnus: sed etiā plures.

Capitulum xviii.

Ubalus ⁊ Bisōtes. Ysid. Bubali p deri b uationē vocati sūt: eo q̄ sūt silēs boū. adeo idomiti vt p̄ feritate ingū ceruicib⁹ nō recipiāt: bos affrica. pcreat. Ex li. ō na. re. Bubalus ē alal boue mai⁹ ⁊ alti⁹ corpe: nigrū colore: hʒ cornua lōga tortuosa: collū longū: caput igēs. mēbra macilēta: candā puā: aspectū beniuolū ac simplicē. Sʒ sūme puicitatis atqʒ crudelitatis ē cū ad irā fuerit. puocatū. Usib⁹ bestiaꝝ nis accomodatissimū ē. fortitudine maxia pollet. Bubalus patiēs ē laborē. pilos hʒ pancos: vocē terribilē: frōtē asprimā cutē durissimā: pede spargit terrā. In ei⁹ nare anulus ere⁹ cū funiculo ponit: vt facili⁹ boi cedat. i op⁹ qd fuerat ei impositū: q̄ si onus est graue ⁊ vltra volūtatem suā imponat: statum commotus in terra sternit: nec facile ictib⁹ ad surgenduʒ cogit nisi alleuia to onere quo grauat. hic alio nomine bisontes dicit: de quo dicit Solinus: q̄ bestia est boui similis. Solin⁹. Bisontes in septētrionali plaga sunt boues feris similes: vltra tauros pernicitate capti asuefcere nesciunt. bos imperitum vulgus bubalos vocat. Plini⁹ li. viij. Germania scythie cōtermina gignit insignia: boū ferarum genera: iubatos bisontes ⁊ velocitate.

excellentes: vros quibus oībus īperitū vulgus nomen bubalorū imponit: cuz id affrica gignit vituli potius ceruice quadam similitudine.

Operationes

A ¶ Pli. li. xi. Bubalorū sanguis nō spissatur.
B ¶ Haly. Coagulū pulli bubali ꝯ potuz cicute ꝓdest ei q cōcedit fūgos. Urina bubali si ꝯtrita
misceatur myrrha aut oleo ꝛ ī aure ponatur: dolorē
C eius ex frigido mitigat. ¶ Dia. Fimus bubali pa
scētis īpositus tumores vulnerū tollit: ꝛ sciatice
D passiōi ꝯducit. ¶ In cathaplasmatibus positus
duricias ac scrofas purgat: ꝛ pustulas soluit.

Capitulum xix.

Ruchus. Rudolphus sup Leuiticū. ꝛ Glo.
b sup Johel. Bruchus modicus ē ꝛ fului colo
ris. Bruchus vocatur fetus locuste anteq̄ hēat alas, deinde cū īcipit volare parū: dr̄ athelabus. cū vero pleniter volat dr̄ locusta. ¶ Est āt bruchus multo grauior q̄ locusta vel athelabus, quia iacens in vno loco radicitus rodit fructus.

Capitulum xx.

b Uprestis. Isid. ꝛ Pli. li. xxx. Buprestis ē
aīal paruū in italia simile scarabeo: lōgipedū. fallit īter herbas bouē maxie. vn̄ ꝛ nomē hꝫ deuoratūq3 tacta felle ita īflāmat vt rumpat.

Operationes.

A ¶ Pli. li. xxiij. Oleū onfācinū ꝯ buprestiz valz
ex aqua p se lotum vomitiōibusq3 redditum.
B ¶ Idē ī li. xxx. Buprestis cū hircino sepo illita
C lichenas tollit ex facie sinecticavi. ¶ Idez ī li.
D xxviij. Lac resistit veneno buprestis. ¶ Idez in
li. xxxi. Si buprestis pasta sit nitrum, ex aq̄ vo-

mitiones euocat. ¶ Ex li. de na. re. Cū autē bos E
buprestim inter herbas iacentem deuorauerit ac fel eius tetigerit: ita inflāmatur atq3 tumescit: vt ꝓtinus rumpatur laceratis visceribus.

Capitulum xxi.

Ibione siue bibione ꝛ Blata. Isid. Bi
b biones sūt q ī vino nascūtur quos vulgo mu
sciones a musto appellāt. Unū Affronius.
Cū a me expectasset fabulare īcipis ex ore bibiones īuolant ī oculis tuis. Blate. a calore dicte sūt. siquidē ꝛ cōprehēdēse manū tigūt: vn̄ ꝛ blateuz colorē dicūt. Hoc aīal lucē nō patitur videre ꝯtrariū musce. Musca. n. ē lucipeta. Blata vero lucifuga. ¶ Ex li. de na. re. Blata vermis ē q lucē videre nō patitur: vn̄ p noctē tm̄mō ābulare cōsueuit.

nit. Palla. d agricul. Blate sūt apibus inimi ce sicut ꝛ lacerte. Unde huiusmodi aialia ꝛ his similia oportet apuȝ castris vel aluearibus longe fugare: qui vult apes bene seruare ꝛc̄.

Capitulum xxii.

Capra. Ex li. d na. re. Capra ē aīal barba-
c tū: lōgis ꝛ acutis cornib⁹: pascit̄ i cōualli bus. ꝛ i mōtib⁹ ꝛ i ramis arboꝝ quos ore pōt attigere: sȝ morsus eaꝝ exitialis est arbori. Mel vō lābētes capre moriūt̄. Herbis venenatis viuūt. Constā. Si capree ex vasis tamarisci biberint aut comederit nō hēbūt. Sera. i li. de sim. medi. Uidi lqt Gal. capras ligētes tamarisci frōdes: ꝛ iueni eas sine splene. quasdā vō vidi lingētes spētes pelle deposita: ꝛ post albescētes min⁹ senescere. Isid. Caprā a carpēdis vgultis qdā dixerūt: alij ꝙ carpēt aspa. Nōnulli a crepitu cruriū. vñ eas creas appellatas q̄ sūt agrestes capre. Aristo. Capra ē aīal ruminās qd̄ nō hȝ dētes i vtraqȝ mādibula. Capre i pastu cito mouētur a locis suis: qd̄ nō oues faciūt: ꝛ accipiunt sūmitates herbaꝝ tm̄. Qñ mouētur post meridie plus aque potabūt: ꝛ qñ salē añ partū comederūt multū fluxū a mām̄illis habebunt. ¶ Capre naturalr̄ veloces sūt: iō pastores non ponūt eis rectorē. Capra nō bñ videt i die: sed acuit̄ ei⁹ visus de nocte. hȝ āt aliqñ oculos dissimiles i colore: qñ sagittata fuerit pulegiū cerui nū qrit: ꝛ comedit vt extrahat̄ sagitta. Pli. li. viii. Capre i sicilia sicut oues villo tōsili vestiūtur. Capris i ethiopia vita ē vsqȝ ad ānos. xi. in orbe reliquo plurimū octo. Idē i li. xi. Oculi capre de nocte splēdēt: lucēqȝ iaculantur. Pili acute crassi exeūt hircis: feminis aūt tenuiores. Itē mares capraꝝ plures hñt dētes ꝙ femine. Nec hñt capre dētes p̄ter pores geminos hñt. Et binas in feminibus mām̄as nec alibi sicut ꝛ oues. Pli. li. viii. Capre pariunt ꝛ quaternos: sed raro admodū: ferūt qnqȝ mēsibus vt oues: veneno pinguescūt: pinguedine sterilescūt. Itē Aristo. Caper vnius anni coit: sed debile qd̄ generat In ethiopia ꝓprie capra viuit ānis. xi. tota vita coit: ꝛ gemellas parit: ꝛ si cib⁹ cōueniēs est: caper virtuosus erit. Palladius li. viii. Capra triuna optime pōt educare: sed eligēda ē capella magni corpis crassis crurib⁹ breui collo: plenaqȝ ceruice: aurib⁹ flexis ꝛ grauib⁹. paruo capite: nitido ac spisso longoqȝ capillo. magnis vberib⁹. Nec multe capre sicut oues claudēde sūt vna statiōe ꝙ ꝛ luto carcere ꝯuenit ꝛ stercore ꝙ teniores mares generāt haud trāsciidū ē. Sȝ vltra octo annos non sunt mares seruādi: qꝛ genus hoc languore sterilescit ꝛ etate.

Operationes.

¶ Eusculapius: Capre cerebrum cū melle car- A
bunculos in ventre sanat. Sepum eius oī mor- B
sui ꝛ lesure subuenit. ¶ Arungia quoqȝ eiusdē
cū rosis mixta pustulas que in nocte grauescūt
tollit. hoc etiā auribus instillatū surdos sanat.
¶ Cascus eius imposit⁹ oēs pfictiōes atqȝ do- C
lores reprimit. Pili eius vsti fluxus oēs sedāt. D
¶ Ungule eiusdē vste ꝛ cū pice liquidā trite et
illite alopiciā curant. Lac eius bibituȝ arteria-
cum liberat. Uermes occidit. Pruriginem et
morsus sanat. ¶ Sanguis eius eadē facit: ꝛ ve- E
nenum bibitum extinguit. ¶ Ex li. de na. rerū. F
Cornu capre adustū si ante nares vere caducite
neat̄: statim cadit. ¶ Aui. Cornu capre adustū G
ꝛ albificatū dentes fortiter abstergit: stringitqȝ
gingiuam: ꝛ sedat inflate gingiue dolorem.
¶ Pli. li. xxviii. Capre cornu vel pilis accensis H
fugari serpentes dicunt. Cinerēqȝ ex cornu potum ꝛ illitum valere contra morsus coruȝ. Idē
quoqȝ cinis sudores inhibet.
¶ Sanguis capre cum medulla decoctus con- I
tra venena toxica sumit̄. Idē etiam sic dat̄ dis-
sintericis ꝛ auxiliat̄ ydropicis. ¶ Iecur capre K
cōtra papilionē: q luminib⁹ aduolat ꝓficit. Assum quoqȝ ciliacis subuenit: laudabiles quoqȝ
sunt medulle hircine ꝛ caprine.
¶ Dyasco. Adeps caprinus ceteris magis est L

Fel capre post coporati in umbra siccatum pannos, nebulam et maculam oculorum abstergit et sanat cum aqua rosacea aut plantaginis dissolutum, et cum bombace super oculos impositum

stipticus pascuarum causa. vnde dissintericis
M cisteribus infecitur. ¶ Ius fellis eius etiaꝫ pti
ficis auxiliatur. Bibentibus quoqꝫ cantari
N des subuenit. ¶ Fel caprinum adhibetur fistu
lis cum succo porri. Adhibetur etiam medica
minibus vulnerum: ⁊ ea sine tumore sanat.

Capitulum xxiii.

Aprea. Pli. li. viii. Capree trāffigurant
c se plurimas similitudines. Sūt enim capree:
sūt rupi capre. sūt ibices. sūt ⁊ origesso
lia a quibusdā dicti. ɔtrario vestiti pilo ⁊ ad ca
put verso. Sūt ⁊ dāme ⁊ pygardi ⁊ strepiceros
tes multaqꝫ alia ⁊ dissimilia. Sed illa alpes. h
trāsmarinu situs mittūt. Idē in li. xi. Natura
cornua dedit ramosa capreis sed parua: nec de
cidua fecit: hui⁹ aīalis sanguis nō spissat. Isid.
Capreas agrestas ereas dicunt quas greci eo
ꝙ acutissime videant recte pādorcos appellaue
rūt. Morātur enī in excelsis mōtib⁹. Et ꝙuis
de lōginquo sint: vidēt tñ oēs q veniūt. Eedem
⁊ capree cedē ⁊ ibices quasi auices: eo ꝙ ad instar
auiū ardua ⁊ excelsa teneāt ⁊ habitēt. Ita vt
de sublimi vix hūanis obtutibus pateāt: vñ et
meridiana ps Ibices aues vocāt: q nisi fluctis
inhabitāt: hec itaqꝫ aīalia in petris altissimis
cōmorantur: vt si quādo ferarum vel hominū
aduersitate psenserint de altissimis saxoꝝ cacu
minibus sese ꝑcipitāt: ⁊ i suis se cornibus illesa
suscipiūt. Ex li. dē na. re. Capra siluestris q̄ ⁊ ca
preola vel rupi capra dr̄: bestia seua est in cōpa
rē sui generis. In alias āt bestia timida ac mā
sueta nimis. Hec in insula Creta: quādo vulne
rata est pulegiū querit: quo comesto sagitta de
corpore exilit: vix aūt capi pōt: q2 celerrima est.
Et cum a canibus premitur: ad montes altissi
mos confugit: plurima inter mares est discor
dia propter feminas: ⁊ hoc tempore coitus.

Operationes

¶ Dias. Fimus caprarum siluestrium cum vi A
no bibitus ictericos sanat. ¶ Cum folio spica B
nardi bibitus menstruis imperat. ¶ Reliquos C
sanguinis fluxus cū aceto impositus abstinet.
¶ Combustus ⁊ tritus cum aceto ⁊ oximelle D
alopicias sanat. ¶ Axungie mixtus podagri E
cis medetur. ¶ Actor. Itē de Caprea hoc idē F
quod supra posuit: licet sub alijs verbis.

Capitulum xxiiii.

Anis. Aristo. Canis est animal iracū
c dum ⁊ applandēs hois⁹ pilosū h3 vni
uersū sicut porcus ⁊ visus habet den
tes superius ⁊ inferius: ⁊ ventrē vnū: ac post vē
trem intestinū: multum h3 fetus multasqꝫ fissu
ras in pedibus ⁊ multas māmillas sicut ⁊ por
cus. Quinqꝫ digitos habet in pedibus anterio
ribus ⁊ quattuor in posterioribus sicut leo ⁊ lu
pus. Fimū etiam habet siccū sicut ⁊ lupus: sple
nem longū sicut bō ⁊ porcus: ꝑterea somnus ⁊
vigilia. crementū ⁊ corruptio: ⁊ vita ⁊ mors: ce
teraqꝫ accidentia ex sensibus sunt in canibus si
cut in eqs ⁊ hoibus. Alexāder. Canis aīal ē im
mundū rediens ad vomitū: iracundus: latratu
horrendū canem extraneū lacerans: ossa corro
dens: qui cum habuerit consortium alterius ca
nis refugit. Solus aūt nomen suum cognoscit.
Ex lib. de natu. re. Canis est bestia docibilis ad
omnem ludū: dñm suuꝫ diligit: ⁊ eius hospiti
um vigilando custodit: noctuqꝫ latratu nocen
tes ꝑdit. Est etiam qōdam genus canū qō odo
ratu fures itelligit: ⁊ a ceteris hoibus implaca
bili odio discernit. Isido. Nihil āt sagatius ca

nibus: plus enim sensus ceteris animalibus habent. Nam soli nomina sua cognoscunt: recognoscunt dominos suos ꝛ diligunt: ꝛ eorum tecta defendunt pro dominis suis se morti obiiciunt: solitarie ꝛ voluntarie cum eis ad predā currūt. Ambrosius. Canis est animal sagax: quod vbi vestigium lupi vel leporis inuenerit: argumenta quedam ad eum directa semita insequēdum colligit: ad diuerticulum semite venit: singularumq3 semitarum exordia tacitus percunctatur: vt per odorem agnoscat in quam partē diuertit: huic etiam animali insitum est naturaliter spartiret alimonie memoriam seruare gratiamq3 referre: ac solicitas excubias pro dominorum salute protendere. Cum enim infirmatur canis: radicem alicuius herbe comedit ad vomendum. Phisio. Canis cetera bruta in tribus excellit: in discernendo amando seruiēdo. Discernunt enim dominum ab extraneis: nec eos quos insectatur odit: sed pro eo que3 amat zelat: ꝛ ex conscientia soliciti amoris inuigilat. Mos eius est cum pastore alludere: grege3 nosse: insidiantes feras persequi soli huic a natura insitum est: voluntarie ad quod preparatur ingeri: ꝛ per quandam obedientie formulam sola disciplinati timoris expectatione suspendi donec ad peragendi licentiam signo mittatur. Canum autem genera sunt plura. Alii enim ad capiendum feras siluarum inuestigant. Alii volucres. Alii vero greges. Alii domos custodiunt. Ex libro de natu. rerum. Tria sunt genera canum. Horum nobilissimi sunt leporarii alias leuerarii quibus forma elegantior ꝛ ad cursu3 celerior aptiorque venatui. Hi pectore valentes sunt latratus edere nesciunt: ꝛ nisi producātur ad cursum infra domu3 se continent. Alii sunt apti venatui: longis auribus ac dependētibus hi odore ꝛ importunis latratibus bestiam insequuntur. Ite3 canis masculi non de facili ledūt canes feminas. Et ita fit in pluribus generibus bestiarum. In omni autem genere animalium masculi plus feminis viuunt exceptis leuerariis in quibus accidit contrarium. Aristo. Leuerarii quippe viuunt annis vere decem: leuerarie duodecim. In leuerariorū quidem genere plus viuunt femine maribus propter laborem ipsorum masculorum. In aliis autem plus viuunt mares feminis. Item canes femine cum applicantur ad etatem coitus habent signa sicut homo: quoniam earum mām̄ille intumescunt: ꝛ inuenitur in eorum pectore cartilago: sed hoc difficile est cognoscere nisi exercitato: maribus autem nō accidit hoc: sed in maiori parte crus eleuant in mingendo: ꝛ nō nisi post sex vel octo mēses faciunt. Et vniuersaliter postquā rigescūt. Omnes autem femine sedent quando mingūt. In canibus feminis lac inuenitur ad quinq3 dies ante partum: ꝛ in quibusdam per septe3. Estque lac caninum spissius omni lacte: preterquā porcorum ac leporum.

Operationes.

Eusculapius. Canis sanguis potatꝰ tremu- A
losos liberat. Caput eius vstum tritum ꝛ pul- B
uerizatum: vel eius caro neruosa ꝛ ficus: mor-
sus canis si bibatur sanat puluis dentium eius.
Dolores dentium ac gingiuas curat. Cor C
eius potatum canes a latratu detinet. Fel eius
cum melle curat oculos. Lac eius bibitu3 pilos
ꝛ capillos crescere non sinit. Cum melle vel D
vino datum mox fetum mortuum eiicit.
Dens ex eo tactus cito mittitur: cicatrices E
oculorum extenuat. Adeps eius podagram ꝛ
aurium dolorem sanat. Auicēna. Sanguis F
canis prohibet ortum pilorum euulsorū: vt scri-
psit Gal. Vrina quoq3 cāis administrat super
verrucam. Dyasc. Lac primi partus canis G
capillorum ortus amputat: ꝛ in vtero infantes
excludit. Locium caninu3 addito nitro aut me-
dicamen facto lepras ꝛ prurigines tollit. H
Fimus caninus in canicularibus diebus col-
lectus ꝛ siccus bibitus ventrem abstinet cum vi-
no. Albus vero fimus eiusdem arcuato morbo
medetur. Pli. lib. xxix. Sanguine canino ni- I
hil prestantius contra toxica putāt. Canino fel-
le cum melle curabat appolonius oculorum suf-
fusiones. Item albugines canini lactis instil- K
latio: dolorem ꝛ grauitatem auriu3 sedat. Adi-
pe canino lendes a capillis tolluntur.
Idem lib. xxx. Canina cutis cuilibet digito L
circundata distillationes sedat. Fel canum po-
dagris confert penna illinitum. Verrucas om-
nium generum sanat vrina canis recens illita si-
miq3 cinis cum cera. Canis lingua medici- M
nalis est: lambendoq3 sua vulnera vel aliena sa-
nat: qui si vulnus proprium attigere lingua nō
possit pedem lambit ꝛ saliue medicamine deli-
nitum ad vulnus apponit: certus de medicami-
ne quod lingue sue natura indidit.
Auicen. Aqua casei canes impinguat valde N
ꝛ nutrit eos bene. Canis cecus nascitur: lu- O
naticus est: odoratu multum viget: dentes ha-
bet acutos ꝛ os fissum: valde mordet ꝛ lingit:
non ruminat sed rodit ad vomitum redit: prius
quam recubet lectum circuit: bolismum pati-
tur: idest rabidam famem.

Capitulum. xxv.

Cattus ⁊ cathaplepa Ysid. Cattus .i.
c ingeniosus a greco venit: musio ē ap
pellatus: eo ꝙ muribus infestus sit:
hūc vulgus captū a captura vocāt.
Dicūt alij ꝙ captat .i. videt. tam eniʒ acute cer
nit vt fulgure luminis noctis tenebras superet.
Alb. Cattꝰ ē aīal a capiēdo dictū muribꝰ eniʒ
infestus. Et dr̄ moribꝰ esse verecūdū ⁊ pulchri
tudinis amatiuū. Hēt aūt colorē griseuʒ. glau
ci sortitur cōgelare similē. habet enim colorem
hunc naturalē: ⁊ alias habet ex accidentali cibi
⁊ p̄cipue q̄ domesticus est: est autē mordax val
de: in multis simile leoni vnguibus ⁊ dentibus
armatur sicut leo: ⁊ intrahit ⁊ emittit vngues
sicut leo. Carnem autem habet laxam ⁊ mollē.

Operationes

A ¶ Auicē. Ex catti morsu quādoqʒ accidit do
lor vehemēs ⁊ viriditas in corpe: ⁊ curatio eius
B est curatio communis. ¶ Iuuatur autem cum
C emplastro cepe: vel calamenti siluestris. ¶ Ra
zi. Catti siuestres ex fumo rute ⁊ amigdalaruʒ
D amararum fugiunt. ¶ Haly. Carnes catti ca
lide sunt ⁊ sicce. medentur emorroidarum dolō
ribus. Renes calefaciūt: dorsi doloribꝰ p̄sunt.
E ¶ Esculapius. Stercus catti vel catte cum sy
F napi ⁊ aceto alopiciam curat. ¶ Cathaplepa.
Pli. li. viii. Cathaplepa appellatur fera mo
dica ⁊ iners iuxta fontem tygrim qui est apud
hesperos ethiopes: vt pleriqʒ estimauere: nisi
caput. Fera hec ceteris quoqʒ membris iners
caput tantum pregraue egrefert quod deiectū
semper in terram. Alias in tremore est huma
ni generis omnibus: qui oculos eius viderint
confestim expirantibus. Eadem ⁊ basilisci ser
pentis est vis. ¶ Solinus. Iuxta fluuium ty G
grim nascit̄ cathaplepa: modica ⁊ iners bestia
pestilenti aspectu figura fere catti.

Capitulum. xxvi.

Caccus. Ex libro de naturis rerum.
c Caccus est monstrum in archadia to
tum setosum vt porcus. Et vt scribit
Adelinus philosophꝰ. Anhelitu suo
pectore flammas eructuat: idest spiritum flam
mineum: maxime cum ira furit per motū. Hic
in antris super tyberim commorat̄: ⁊ inuadit
subito thaurorum ⁊ vaccarum greges per cau
das tres vel quattuor apprehēdēs: ⁊ vi sue forti
tudinis in antrum occulte trahens gressu retro
gardone scilicet de facili possit inestigari. Nec
solum animalibus est infestus: sed hubom gra
uissime insidiatur: cum tamen ipsum hominem
plurimum timeat. Si querit̄ quomodo de ani
malis ore flāma possit euomitam efficax: vt p̄ri
me contrectata alias contracta cōburat. ⁊ nō ip
sum corpus animalis flāma tali absumat̄. Re
sponderi potest: q2 cum anhelitus adhuc in vi
scerib9 aīalis per membra varia late diffusus ē
tepidum vsqʒquo non exuberat̄ in flāmas. Sed
eructuatus continuat̄ ac multiplicat̄ in obiectū
aliquo corpus: virtutemqʒ recipit comburendi
sicut videmus per medium berilli lumen solis
multiplicare radios: ⁊ in summo mucronis acu
mine radiorum ignis virtutem in subiectaʒ ma
teriam suscipere. Ignemqʒ effici violentū: huic
animali similia fuerunt illa de quibus in libro
Sapientie legit̄: ꝙ ignis ex ore suo spirabant.

De cacco

De cacco dicit Uirgilius. viij. lib. eneidos. Se mibominis facies huic mõstro Uulcanus erat pater illius atros ore fomens ignes magna se mole ferebat: terribiles oculos vilosaqꝫ setis pectora semiferi: huius cacci mens effera quattuor a stabulis prestanti corpore thauros auertit: totidem forma superante iuuencas. atqꝫ hos ne qua forent pedibus vestigia tectis: cauda in speluncam tractos versisqꝫ viarum: idicus raptos saxo occultabat opaco. Hunc caccũ propter furata sibi pecora Hercules interfecit: vt ibi. Uirgilius in longum prosequitur.

Capitulum xxvii.

Camelus. Ex li. de naturis rerũ. Camelus ẽ animal deforme: gibbosum: habens collũ longum: crura poplexa lentũ incessum: ꝛ dũ gradiẽ nũq̃ pedes aterit: imundum aĩal ſm legem. qm̃ vngulam quidẽ hẽt: sed nõ diuidit eã. Cũ autẽ onerandi sunt: paululũ sup genua pcutiunt: et statim ad onera flexis ceruicibus iclinãtur aquas puras refugiunt: lutulentas bibunt: ꝛ hoc gratia nutrimenti. Omne enim elementum quãtũ plus cõmixtum est alijs: tãto plus nutrit: ꝛ ecõtrario irati cameli strident horribiliter. His ẽt rabies accidit ꝛ podagro de qbus facilime moriuntur. Non autem vngulas eijciunt. Sed vehementissimo dolore grauantur quando duras ꝛ laboriosas vias incedunt. Non enim i pedibus habent de forti corio soturales. Ordeum cito transglutientes reseruant: vt rursum ruminando tota nocte manducent. Alij compatientes abstineant: illi qui recti cameli dicuntur vnum tantum habet in dorso gibbum. Est autem ꝛ aliud genus eorũ quos dromedarios vocant cursu mirabili vigentes ꝛ bina tubera in dorso habentes Aristotiles. Cameli sunt sicut animalia cornuta: quia ventres eius sunt sicut habentiũ cornua: ꝛ quia cibus illius spinosus est: necessario fuit eius lingua carnosa propter duriciem palati. Natura ergo vtitur palato sicut parte dentium terrestri. Camelus non habet fel distinctum: sed venas paruas in quibus est fel. ¶ Solinus. Camelorum femine ad bella preparantur: putantqꝫ validiores eas fieri: si castratione a coitibus arceantur. Camele castrantur: quia tunc non inpinguantur. In locis quidem altissimis habitantes: tria milia camelorum habent homines currentium velocius q̃ equus: ꝛ hoc non accidit eis nisi propter amplitudinem passus. ¶ Uegetius de re militari libro tertio. Camelos apud veteres aliquantule nationes in aciem produxerunt. Sed hoc genꝰ animalium arenis quidem tolerabile sic aptiꝫ. naꝫ confusas etiã in puluere, vento vias: absqꝫ errore dirigere memoratur. Ceteruꝫ preter nouitatem hoc si vti videatur inefficax bello est. Item camelorum mares habent virgas ad posteriorem partem vnde auersi coeunt. Sunt autem virge neruose ac dure vnde ex eis arcuum corde fiunt. Coitus tempore solitudines aut secreta petunt. Item. Camelus est valde malus tempore coitus. Et si quod animal vl homo tẽpore hoc appropinquauerit ad eum ledit ipsũ. Coit autem post triennium: tempore luxurie solitarius est cum femina ferus ac siluestris et coeundo per totam diem equitat. Sed cum alias luxuriosus sit: erga matrem continẽs est: vnde in quadam ciuitate cooperiebatur camele caput vt eius pullus super eam saltaret: qui cooperto matris capite super eaꝫ saltauit: ꝛ cooperimẽto sublato matrem agnoscẽs: turpitudinis opere quod ceperat intercepto: descenditqꝫ ipsum ingeniatorem mordens interfecit. Camela pregnans est per annum: post partum quoqꝫ quiescit a coitu per annum vnum tantum filium facit sicut elephas equus ꝛ omne animal habens soleas. Cameli viuunt centum annis. Cameli patiuntur sitim per quatriduuꝫ: ꝛ postea bibũt multum. huic animali natura dedit magnitudinem corporis in modum iumenti sicut et elephanti. animal quoqꝫ cuius cibus est ex materia lignea ꝛ spinosa multos habet ventres: ꝛ in hoc genere est camelus.

Operationes

A ¶ Auic. Caro cameli prouocat vrinaz. Adeps qui est i gibbo cameli suffumigat° confert emorroidibus: cameli cerebrum exsiccatum: ⁊ cũ aceto bibitum confert epilentie: ad idem valet eius
B sanguis. ¶ Qui ēt, siccatus ⁊ fricatus retinet fluxum: cum vino quoqz bibitus sagitte armene nocumento confert: post purgationem vero mēstruorum potatum iuuat ad impregnationem:
C ⁊ confert preuocationi matricis. ¶ Idem. Lac camelarum fetarum est subtile ⁊ valde aquosũ: nec facit opilationes: sicut cetera: propter paucitatem caseitatis ⁊ absterfionis aqueitatis illi°.
D ¶ In ipso est salsedo. quia cameli diligunt acetosum: ⁊ hoc est melius lac. Dicitur autem q̃ ē vehementis tarditatis in stomacho et i superioribus ventris. Ex ipso non timetur sordicies si-
E cut ex ceteris nisi raro. ¶ Urina cameli confert ydropisi. Confert etiam vehementer fetori narium. Et aperit opilationes colatorii cuz virtute vehementi ablutione ex ea facta confert fur-
F furibus. ¶ Dyas. Fimus camelinus albus cuz melle tritus ⁊ ipositus tumores reprimit: ⁊ vul-
G nera delicata permundat. ¶ Haly. Sanguis cameli fricatus dissinterie prodest: ⁊ solutione cronice potuiqz venem lac cameli prodest corru-
H ptioni complectionis augetqz ventrem. ¶ Plinius. Stercus cameli mundificat ⁊ destruit verrucas: abscindit fluxum sanguinis ex naribus: ⁊ quando bibitur cum medicinis epilentie con-
I fert. ¶ Item resoluit bothor ⁊ vlcera: scrofulas quoqz fortiter ⁊c̃.

Capitulum. xxviii.

c Amelcon. Isidorus. Camelcon nõ habet vnum colorẽ: sed diuersa varietate cõspersus est: vt pardus hui° camelcõtis corpusculum ad colores quos videt facillima conuersione variatur: cũ aliorũ animaliũ nõ sit ad conuersionem facilis corpulẽtia. Rudolph° super Leuiticum. Camelcon in infirmitate mãsuetum esse se fingit; cum alias sit imansuetum animal. Glosa super Leuiticũ. Camelcon ē natum ad deridendum: dolosum: rapax: igluuiosum: ⁊ ideo fm legem imũdum. Amb. Camele on diuersas species colore vario fertur mentiri. Aristo. Camelcon est animal valde timorosuz: propter quod in multos colores mutatur. Causa vero timoris eius paucitas est sanguinis ⁊ caloris. vnde etiã valde macer est: ⁊ vocaẽ leo terre: huius facies est sicut alalis ex porco ⁊ symea compositi. Ungulas hz similes vncis seu auiuz vngulis. Alteratio coloris fit qñ corium eius i sufflatur: manet in cauernis sicut lacertulus. Soli. Camelcon per oẽm asiã est plurim°. Aial scz quadrupes: facieqz lacerte: nisi crura recta ⁊ longiora ventri ingererentur prolixa cauda. cademqz in vertiginẽ torta. hamati vngues subtiliqz adoncitate. Incessus vero piger et idem fere qui testudinum motus. Corpus asperum cute qualẽ ex cocodrillis deprehendimus subducti oculi ⁊ recesso cõcauo int[illegible] recepti. quos nunquã in taxione obnubit.

Operationes

¶ Pli. Camelcon quoqz multa in se ferẽ hec A
vtilia medicine. Caput eius ⁊ guttur si roboreis lignis accendãtur imbrũ ac tonitruũ cõcur-
sus facere democrit° narrat. ¶ Itẽ iecur in te- B
gulis vstum. Reliqua ad veneficia ptinentia q̃ dicit: q̃q̃ falsa estimãtes obmittemus ṕterq̃ i
risu coagentiũ. ¶ Oculo eius dextro si viuenti C
eruaẽ albugines cũ lacte caprino tolluntẽ: lígua
quoqz ad alligata pericula puerperij. ¶ Eũdẽ D
salutarẽ eẽ parturiẽtib° circa domũ. ¶ Cor ei° E
aduersus quartanã ē ,pficuũ: lana nigra prime
tonsure illigatũ. ¶ Pes prior dexter in pelle: F
hiene alligatus brachio sinistro dẽ ,pdesse con-
tra latrocinia terroresqz nocturnosqz. ¶ Item G
dextrã mãmillã cõtra formidines pauoresqz.
¶ Sz ⁊ pedem ei° sinistrũ in furno torreri cum H
herba eiusdẽ nols addito vnguẽto pastillis factis inde: si credimus: ferẽ holem inuisibilẽ fa-
cere. ¶ Eius felle glaucomata ⁊ suffusiões cor- I
rigi creditur propriẽ tridui vnctione: creditur etiam eo lienibus instillato serpentes separari: ⁊ ad alia multa.

Capitulum.

Capitulum xxix.

c Amelopardus. Isido. Camelopard⁹ est dictus: eo ꝙ cū sit vt pardus albis macul' sup̄aspersus collo equo similis pedib⁹ bubulis: capite t̄n camelo sīlis est. Hūc ethiopia gignit. ¶ Pli. li. viii. Cameleoꝝ aliq̄ sīlitudo in duo transfert' a̅ıalia. Nabuna siquidem ethiopes vocāt bestiā collo similē equo pedibus ⁊ crurib⁹ bouī: capite camelo: albis maculis colorē rutilū distinguētibus. Unde ⁊ camelopardus appellata est. Hec primū q̄dē dictatoris cesaris circensibus ludis rome visa ē. Ex eo subinde cernit' aspectu magis q̄ feritate conspicua: quapropter ⁊ ouis fere nomen inuenit.

Capitulum xxx.

c Apreolus. Auic. Capreolus est a̅ıal in india: similis humido siue ceruorum filio: qui apud nos etiam non mutat dētes. Et quando eius dentes sunt magni signāt vite diuturnitatem in eis: ⁊ habet oculos acutos. Aristo. lib. viii. Capreoli siluestres habent sapientiam: qū vulnerant' querunt pulegiū ceruinum ⁊ comedunt ipsum vt extrahāt sagittas a corpore si que in ipsis sunt infixe ex velocitate motus ⁊ assiduitate discursus. Caro capreoli a superfluo humido exoneratur: ⁊ eius caro tenerior ⁊ digestibilior efficitur: ⁊ saporis ac odoris eius grauitas amputatur. Idem Aristote. Pastus gratia de locis altis ad altiora tendit: ⁊ inter herbas salubres ⁊ noxias odore diiudicat ⁊ discernit. Ruminat cibos ⁊ vngulam findit. Nō vngue nō cornu nō dēte: sȝ sola velocitate fuge a canib⁹ venatoꝝ īsultis se defendit. Unū qū ī cāpestrib⁹ ꝑseq̄t' ad mōtana fugiēs alta petit. In mōtib⁹ īdie sunt q̄dā capreoli q̄ ab herbis aromaticis ⁊ odoriferis pascunt' in quorū vnguib⁹ sunt q̄dā cōcauitates in q̄b⁹ humores q̄dā ad apostemata colligūtur que ꝑmo ad maturitatē ⁊ motū ⁊ cōfricationeȝ rūpunt': ⁊ a corp̄e cū pilosis folliculis abstrahūtur: ⁊ substātia q̄ īfra pelliculā cōtinet' sūme est odorifera et iter aromatica maxime p̄ciosa ī medicinis plurimū vtilis ⁊ v̄tuosa. Ut vult Dyas. ⁊ Platea. Et aliq̄ dicūt illū muscū vulgariter appellare.

Capitulum xxxi.

c Astor est a̅ıal ad modū canis pōtica: lōgum scilicet ⁊ gracile: dētes habet acutissimos: pellem delicatam ac nobileȝ que quāto nigrior est tāto preciosior: colores in

pilis habet velut parus: sed pili subtiles sunt et
pulchri: non pōt diu sustinere vel subsistere nisi
caudā in aqua teneat quam bꝫ vtiqꝫ piscīū cau
de similem: saporēqꝫ eiꝰ ⁊ speciē. Unde ⁊ a chri
stianis in ieiunio comedit: pars enī caude ipsius
edibilis est: residuū autem eius est caro. Ipsaqꝫ
cauda longitudinis cubitalis est pinguedinem
multā hn̄s. Pedes autem posteriores bꝫ vt an
ser: Anteriores aūt vt canis. Hec enim illi na
tura parauit: vt ⁊ posterioribus velut auis ī aq̄
nataret: ⁊ anterioribꝰ in terra sicut quadrupes
ambularet. ¶ Ex li. de na. re. Castores vt dicit
experimētator ī grege viuūt: ⁊ sil' ad siluas pgūt
Lignaqꝫ dentibꝰ abscidētes ad cauernas suas
ea miro modo referūt. Unū etiā ex castoribꝰ ꝓ
vehiculo resupinatū pedibus eleuatis in terram
proijciūt: ⁊ inter crura eiꝰ abscisa artificiose cō
ponūt: ⁊ sic eū trahētes cauda ad ꝓpria tecta de
ducunt: verꝫ iniuriā talē non faciūt his: qui īter
illos educati sunt: sed illis q̄ de alienis partibus
ad se venerūt. Hos enī in seruitutē sub certa cu
stodia redigūt. Aliorꝫ tñ opinio est: ꝙ hoc illis
faciāt qui senectute laboribusqꝫ cōfecti dentes
obtusos hn̄t: ⁊ qui ligna secare non valent. Ta
les enī ī seruitutē redactos ꝑ absumptionē pilo
rum in dorso venatores agnoscūt: eosqꝫ pietate
cōmoti illesos abire ꝑmittūt. In duplices autē
vsus ligna secta hn̄t. Nam ⁊ corticē comedūt:
⁊ ex lignis habitacula valde artificiosa faciūt.
Amaris quidē arborꝫ folijs ⁊ corticibꝰ castor ꝓ
summis delicijs vescit: vn̄ ⁊ tota eius caro: ⁊ si
bono tñ amaro odore ꝑfundit. ¶ Phisio. Ca
stor cū eum venator ꝓsequit abscisos testiculos
ante faciē eiꝰ ꝓijcit: ⁊ venator hn̄s qđ ab eo cu
piebat vltra nō sequit. Si aūt alius venator eū
sequatur: erigit se ⁊ ostēdit virilia se nō hr̄e: ⁊ sic
euadit. Est aūt aial mansuetū nimis. ¶ Ex lib.
de na. re. Huiꝰ aialis venatio fit hoc modo. Ca
nis ad hoc instructus in aquā proijcit: q ad fora
men māsiōis illiꝰ ꝑueniēs ingredit: nec cedit ca
stor morsibus donec a venatoribus artificiosa il
la mansio refringatur ⁊c.

Operationes

A ¶ Platearius. Castoris testicli abscisi ī vmbro
so loco suspensi desiccantur: vt in vsum medici
B ne reseruent: ⁊ dicunt castoreū. Bonum autē
castoreū. i. nō sophisticatū: bꝫ saporem medio
criter acutū. Glutinosum est et saporē bꝫ mul
tum horribilem neruos intricatos ⁊ pelliculis ad
herentes per annos sex in magna efficacia ser
uari potest. Melius tñ est quanto recētius. In
medicinis ponitur abiecta pellicula exteriori.

Uirtutē habet dissoluendi attrahendi ⁊ maxi
me neruosa loca cōfortandi. ¶ Contra epilenti C
am ⁊ alias frigidas passiones capitis datur ca
storeum cum succo rute in potu vel decoctionis
eius vinum. ¶ Contra paralisim lingue puluis D
eius sub lingua ponitur donec per se resoluatur
⁊ consumatur. ¶ Contra paralisim totius cor E
poris datur vinum decoctionis eius ⁊ rute ⁊ sal
uie. ¶ Contra litargiam ꝓuocatur sternutatio F
ex castoreo: cerebrū cōmouet ⁊ confortat.
¶ Dyas. Castoreum testiculi sunt aialis: quod G
castor dr̄: ⁊ sepe aquaticam: sepe vero terrenam
sustinet vitā. ¶ Optimū est ponticū ꝙ si interiꝰ H
cereum ⁊ obstrusum mēbranulis naturalibus:
quidam autem testiculos adulterantes immit
tunt vesicis cum armoniaci gutta sanguine ca
storis cōspersa. ¶ Eligendi sunt ergo qui iun I
cti sunt ex vna radice sibi coherētes: pleni insci
di fragiles ipsis folliculis se tractius separātes.
¶ Calefacit autem castoreum ⁊ desiccat ⁊ atte K
nuat. Illis ergo qui ex plenitudine spasmuꝫ pa
tiuntur aut tremorem neruorum vtilissimuꝫ ē.
Quibus autem hoc contingit ex inanitate vel
siccitate contrarium.
¶ Uitia quoqꝫ pulmonis emēdat. Et humidū L
frigidi cerebri humorē cum pulegio. Cuꝫ vino
bibitū inflationes tollit. ¶ Tortionibꝰ medet: M
potiones venenatas nocere non sinit. Litargi
cis singulare presidium est. ¶ Tremori ⁊ cōtra N
ctionibus ⁊ omnibus neruorꝫ causis delitum et
vnctū medetur. ¶ Uirtus eiuꝫ ci termantica ē O
⁊ recorporatiua mixtū malacinatibus ⁊ acopis
paraliticis seu sciaticis ⁊ his similibus subue
nit. ¶ Auicē. Castoreum confert obliuioni ⁊ li P
targie cum aceto ⁊ oleo rosaceo surditatiqꝫ fri
gide ac vētositati in aure dissolutuꝫ in oleo nar
dino. ¶ Attractio per nares ex fumigatione ip Q
sius confert apostematibus pulmonis ⁊ infirmi
tatibus eius. Bibitur cum aceto propter sin
gultum ⁊ facit sitim.
¶ Delet dolorem ventris pungitiuum cū ace R
to bibitum: ventositatem resoluit. Menstrua ꝓ
uocat. Secundinam ⁊ fetum extrahit.
fabarũ sicut tinca ex corruptiõe olerũ: teredi
nes ex corruptiõe lignorũ. Isid. Gurgulio di
cit̃ qꝛ pene nihil est aliud nisi guttur.

Capitulum. lxxi.

Ericius Aristo. Hericius ẽ aĩal spi
b nosum: cuius sensus apparet multoti
ens ꝫ vẽtos septẽtrionales ꝛ meridio
nales: foramina nãqꝫ facit in terra ecõtra l op
posito. Pli. li. viii. Huius cute vestes expoliũ
tur. Isido. Hericius ẽ aĩal spinosum cooptuꝫ
qd̃ i͂de noiat̃: qꝛ subrigit se q̃n spinis suis clau
dit̃ qbus vndiqꝫ ꝓtectus est ꝫ insidias. Nam
statim vt aliqd ꝑsenserit primũ se subrigit: ꝛ i
globum cõuersus: in sua se arma recolligit: et
ita spinoso defenditur regimine: vt nec cõtin
gi quidem possit. Iorath. Hericius cũ spinis
dorsi colligit fructus. Si qd aũt ex huius cibo
ceciderit: residuũ a se totũ reiicit ac reuertitur
vt spinas suas repleat. Hunc autem lupus ti
met ac fugit.

Operationes.

A ¶ Auicẽna. Hericius alius ẽ terrenus habẽs
spinas sagittales. Alius marinus: ꝛ ẽ spẽs pi
scis. De quo infra tractatu de piscib⁹ habet̃.
Utriusqꝫ cineris sunt abstersio ꝛ resolutio: et
acuitas ꝛ exiccatio. ¶ Adeps hericii prohibet B
effusiones ad viscera sil'r ꝛ eius epar. ¶ Ex li C
bro. de naturis re. Carnes hericij vim habent
desiccatiuã ꝛ dissolutiuã: ꝓpterqꝫ stomachum
confortant. Uentrem soluunt. Urinam ꝓuo
cant. Utiles sunt his qui ad lepram ꝛ elephã
tiam dispositi sunt.

Capitulum lxxii.

Yena. Hieronymus contra Iouinia
b num inquit. Hyena esse aĩal magni
tudine lupi. In cuius collo sunt pili si
cut collo equorũ. Pilos habet duros vel for
tes super ossa spondilia. Pastores ꝛ canes sin
gultando quasi esset canis deludit: ꝛ sic peco
ra comedit. Ipsos etiã boïes ꝛ canes deludẽs
depredatur: ꝛ sepulturas cauat: q̃n talem car
nem comedere desiderat. Ex libro de naturis
rerum. Hyena duas habet naturas: maris. s.
ꝛ femine. Colorem cum voluerit variat: ꝛ in se
pulchris mortuoꝝ semꝑ habitat: gẽmam por
tat in oculis. vel: vt aliqui dicunt: in fronte.

Operationes

¶ Hieronymus vt supra. Hyene fel: oculoꝝ A
claritatem restituit. ¶ Stercus eius putrida B
curat vulnera. ¶ Plinius libro. xxviii. Cutẽ C
quoqꝫ capitis hyene. dicunt capitis dolori al
ligatam prodesse. ¶ Sic ꝛ caligines discutit: D
ꝛ in claritatẽ suffusiones excitari multaqꝫ alia
huiusmodi.

Capitulum lxxiii.

Histrix

Istrix Hiero. 5 Iouinianũ. Histrix in
b etbiopia frequẽtissime berinacio silis ẽ:
spinis tergũ bispida. Ex li. de na. rerũ.
Histrix ẽ bestia q̃ vulgo porc⁹ spinosus dr cir-
ca marina babitat: ⁊ ĩ cauernis mõtiũ. nõnun
quã qñ scꝫ iuxta marina refugiũ nõ bꝫ. In ter
ra ⁊ aq̃ potẽter valet. Ira ei⁹ ad vindictã citis
sima ẽ. Nã plerũqꝫ iacul'e tergo spõte laxatis
canes vel boies vulnerat ꝓximantes. Aristo.
aĩal qḋ dr porc⁹ spinosus: loco piloꝝ sũt spine
coꝛu sui ⁊ coopiunt ipsuꝫ vt pili. Sũt etiaꝫ illi
sicut arma: qb⁹ ipsum q̃rentẽ depꝛebẽdere toꝛ
quet. Idẽ. Histrix ẽ aĩal spino tergũ bispidũ.
Quos plerũqꝫ laxatas emittit iaculatione vo
lũtaria: vt assiduus aculeoꝛum nimbis alias ia
culis canes vulneret ingruentes.

Capitulum lxxxiiii.

Ircus. Ex li. de na. re. Capre mas. i.
b bircus: est aĩal aĩosuꝫ ac bellicosum ⁊
robustũ. In fronte aũt ⁊ coꝛnib⁹ ẽ il
li maxĩa foꝛtitudo. Isido. Hircus ẽ lasciuum
aĩal ⁊ sp̃ feruens ad coitũ cuius oculi ob libidi
nẽ in trãsuersuꝫ aspiciũt: vnde ⁊ nomẽ traxit.
Nã birci sm̃ sue coitũ sunt oculoꝛuꝫ anguli.
Huius natura adeo calidissima est: vt adamã
tem lapidem quẽ nec igni nec ferri materia do
mare valet. solus buius cruoꝛ dissoluat. Ma-
ioꝛes birci cũfij dicunt. a fluuio cuꝫ se in lybia
vbi grãdes nascuntur. Actoꝛ. Est ⁊ iam birc⁹
aĩal fetidũ: vt dicit Isaac: si sumat in cibuꝫ pe
ioꝛem sanguinẽ generat q̃ capꝛa.

Operationes

¶ Pli. li. xxviii. Hircino sanguini tanta vis A
est vt ferramẽtoꝛũ subtilitas non aliter acuat
aut induret aut scabꝛicia poliat vebemẽtiusqꝫ
q̃ lima. ¶ Auic. Hircina caro mala est abso- B
lute: ⁊ facit euenire fe. quarta. ¶ Sãguis apo C
stemata ca. cito maturat: ⁊ administratur post
congelationẽ. ¶ Idẽ potatus frãgit lapidẽ re D
num. Frixus aũt ⁊ cũ vino bibitus armene sa-
gitte nocumento confert. ¶ Hircinus adeps E
vebementioꝛis est resolutionis q̃ ceteri. ¶ Fel F
bircinũ carneꝫ malã eradicat. Fel birci silue-
stris est tiriaca moꝛsibus venenosis. ¶ Isaac i G
dictis. Sanguis cal. birci perunctus vt dicit
Dyas. arancas ⁊ mala vulnera compescit.
¶ Plinius lib. vbi supꝛa. Sanguis capꝛinus H
cum medulla ydꝛopicis auxiliatur. Efficaci⁹
autem si bircus lentisco pascatur.

Capitulum lxxv.

b Hynnulus. Bartholomeus de proprietatibus rerum. Hynnulus cervi est filius: ab hynniendo est dict⁹. Isidorus libro duodecimo. Hynnulus animal quidem est debile et imbelle sicut damula: et est acutissimi visus et velocis cursus mater autem eius ipsum in speluncis et antris et locis umbrosis abscondit: et illum ultra spineta et tubera saltare instruit. Carnes habet teneras et digestibiles propter motus frequentiam. Et si fuerit castratus antequam crescant ei⁹ cornua: caro eius melior et temperatior in siccitate et calore. Et si fuerit castratus antequam cornua habuerit: nunquam ei ulterius crescent. Et si post nunquam ea abijciet nec mutabit. Aristoteles libro octauo. Hynnuli serpentibus contrariantur miro modo.

Operationes

A. ¶ Plinius. Qui fuerit inunctus eius sepo vel sanguine a serpente illo die non tangitur.

B ¶ Et eius coagulum est summum remedium in venenis: vt dicit Plinius libro. xxxviij. capitulo nono.

Capitulum lxxvi.

i Iaculus et Ipnalis. Isidorus. Iaculus est serpens volans. De quo Lucanus. Iaculique volucres. Exiliunt enim in arboribus: et dum aliquod animal obuium fuerit iactant se super illud et perimunt: vnde et iaculi dicti sunt. Ioratb. Iaculus serpens volatilis: animal quodcunque occurrit ei dum volet interficit. Et est alius quo sine sensu doloris animal moritur. Alius qui si quem tetigerit dolore diurno fatigabitur: et postea moritur. Ex libro de natura rerum. Iaculus est serpens qui volans alis arbores subit et in eis delitescit. E quibus vi maxime turbinatus: penetrat animal quodcunque obuium inuenerit. ¶ Ipnalis. Isidorus. Ipnalis est serpens ab aspide genus trahens qui somno quos mordet interimit. Ueneno enim immittit somnum: quo nullo impulsu deserit infectum. Hunc cleo patra sinistro brachio suo apposuit iuxta suum anthonium se collocans: vt eius attactu dormiret: et vitam quieta morte finiret.

Capitulum lxxvii.

i Ericius et inaeblin. Isidorus. Icinus est animal terrestre quod vulgus vocat. a quo ericinus marinus nomen trahit. Auctor. De icino marino qui est echin⁹ appellat⁹ is: de quo infra in tractatu de piscibus dicetur. Icinus autem terrenus similiter pluribus appellatur nominibus: scilicet echinus: ericius: et herinacius. Que scilicet nomina quandoque scribuntur cum aspiratione: quandoque sine illa: et ideo de hoc animali dictum est supra. ¶ Plinius libro. octauo. In aeblin in scadinania ferunt nullo suffragium flexum. Ideo non cubantem: sed arbori i somno ecclinem: eaque incisa ad insidias capi: alias est velocitatis memorate: labrum ei superius est pregnande. Et ob id retro graditur in pascendo

scendo ne in priora tendens inuoluatur.

Operationes

A ¶ Dyascorides. Echini terre corium combu
stum: ⁊ pice liquida cōmixtum alopitijs mede
B tur. ¶ Carnes eius cum oximelle bibite nefre
C ticis singulare est presidium. ¶ Iposarchis ⁊
ydropicis contractis ⁊ strumaticis ⁊ colericis
D siccat intraneorum reuma. ¶ Iecur eius inte
sta siccatum in feruenti sole atqꝫ repositum et
inunctum mirifice sanat iam dicta.

Capitulum: lxxviii.

Lacertus. Isidorus. Lacertus est re-
l tile genus sic vocatus: eo ꝙ habet bra
chia ⁊ quattuor pedibus innititur.
Genera vero lacertorum plura sunt: vt botra
cha: salamandra: saura: stellio. Ex libro de na
turis rerum. Lacertam potius vermen dicūt
ꝙ serpentem: quia clementius ferit: sibilat ta-
men vt serpens ⁊ caudam habet consimilem:
linguamqꝫ bifidam ⁊ pilosam: pedibus vero
graditur: huic animali nulla est memoria: et
ideo non cubat: oblita quidem in quo loco sit
enixa per se erumpunt catuli numero vndeni.
Quidam dicunt fetus a matribus deuorari.
Lacerte sunt in India numero pedum. xxiiii.
colore fulgenti. Glosa super Leui. xi. Lacer-
ta immundum animal ſm legeꝫ in sepulchris
habitat: ⁊ inconstantiam vite signat.

Operationes

¶ Auicēna in. ii. canone. Lacerte natura stel- A
lioni vicina est sed melior.
¶ Sanguis eius confortat visum. Stercus B
eius albugini confert oculi ⁊ prurituí: ⁊ visuꝫ
acuit: colloremqꝫ bonum efficit.
¶ Idem in. ii. canone. Lacerte caro mortifi- C
cans est: ⁊ ei qui bibit eam accidit apostemata
lingue: ⁊ pruritus ⁊ dolor capitis ⁊ adustio et
tenebrositas oculorum.

Capituluꝫ lxxix.

Lamia ⁊ lauzanum. Ex libro de natu
l ris rerum. Lamia est animal magnū
⁊ crudelissimum: nocte siluas exit et
hortos intrat: arbores frangit: earumqꝫ ra-
mos dissipat: ⁊ hoc per brachia fortia nimis
ad omnem actum abilia. Cumqꝫ superuene-
rint homines ad prohibendum: pugnat cum
eis ⁊ mordet eos. Hoc autēꝫ in eius morsu mi
rabile ē: vt Aristotiles refert: ꝙ homo saucia-
tus lamie dentibus non sanatur a morsu do-
nec rugientis bestie vocem audierit. Glosa su
per Isaiam. Lamia pedes habet equinos: ce-
tera vero capris conformia. De qua dicit pro
pheta. Ibi cubauit lamia ⁊ inuenit sibi requi-
em. Glosa super Tren. Lamia dicitur quasi
lania: quia durior ⁊ crudelior est suis fetibus
ꝙ cetere bestie: fertur enim eos laniare ⁊ inde
eos lactare. Sicut scriptum est. Lamie nuda-
uerunt mammas.
¶ Ex li. de na. re. Lauzanū est aīal a cui⁹ cru-
delitate nulla bestia eē tuta pōt. Nam ⁊ ipsa
leonē oīb⁹ formidabilem deterret: suo tamen

genere parcit:i cetera grassatur:que reliquas bestias depredatur. Et cum hoc scelus in aliis persequatur: proprie tamen iniquitatis non meminit.

Capitulum. lxxx.

l Eo. Isidorus. Leo vocabulum habet inflexum ex greco. Leo siquidem grece rex iterpretatur latine: eo q̄ sit princeps omnium bestiarum. Aristo. Leo est animal audax:forte:largum:nobile: magnanimum. Huius gn̄is mas habet comas. Leo est ex animalibus quadrupedibꝰ: que fissa sūt in extremitatibꝰ: vncos habet vngues 7 incuruatos. Mingit ad posterius:7 in modum canis eleuat crus. Cumq₃ os suum aperit: odor ab illo exit. Animal est multorum digitorum habet quinq₃ digitos in pedibus anterioribꝰ: 7 quattuor in posterioribus: vt linx 7 canis 7 lupus. Ex libro de naturis rerum. Leo fetidus est maximeq₃ in ore: dormiens apertos habet oculos. Cum autem dormit in naui:periclitatur nauis. Isidorus. Leonum virtus est in pectore firmitas in capite: aios eoꝝ indicat frōs 7 cauda. Aristoteles. Leo ergo est animal forte. Dentes habens acutos vt serram: 7 fissuram oris terribilem. Ossaq₃ durissima ac pene oīno nō medullata. Plinius libro octauo. Vrso qdem est caput inualidissimum qđ:econtra leoni est fortissimum. Phisiologus. Leo cacumina montiū amat ire. Et cum a venatoribus queritur ordinem eorum sentit: sua vestigia cauda regit: vt p ea venatores eū inuestigare nequeāt. Ex libro đ na. re. Leones adeo sunt calide nature: vt oī tēpore desiderēt coire. Feminis magna libido coitꝰ: 7 ob hoc maribus ira. Hec hēt i pectore duas māmillas: in medio sc₃ vētris: 7 has paruas respectu sui corporis: q2 modici lactis ē. Solinꝰ. Leones āt auersi coeūt. leenē pmo fetu qnq₃ catulos parit 7 educat. deinde p singlos numero detrahūt annis insequētibus: 7 postremo cū ad vnū materna fecūditas redijt: sterilescūt in eternū. Phisiologus. Leonū itaq₃ fetꝰ pducti vsq₃ in diē tertiā sunt mortui. Nā leones qdē calidissimi sunt natura: qđ pbat eoꝝ nobilitas et fortitudo cū audacia 7 iracūdia. Fetus aūt humiditatē hūt ex generis temperie: que siccate cōplexionis 7 caliditate viscosior reddit: 7 maxime circa cerebrū dominante siccitate: 7 sibi animali spiritu cooperante. vnde cum opitulātur nerui: spiritus non pōt ingredi: nec virtutes ad actiones suas mouere. Parentibus ergo rugientibus circa fetū spinas per os 7 aures 7 poros capitis ingredientes prebēt fetui motū. Isidorus. Leo 7 leena cum genuerint catulū tribꝰ diebꝰ 7 noctibꝰ dormire fert. Tūc deinde pr̄is fremitu vel rugitu velut tremefactus cubilis locus: suscitare df catulū dormientem. Iorath. Leo minimum solicitus de se et catulis suis dormit apertis oculis quasi vigilantius: vestigiaq₃ sua terram cauda spargēs operit vsq₃ ad antrū suu₃. ¶ Rasis in Almāsore. Leo p inure fugit. Pro ligno quoq₃ qđ dicit sethin timet. Elleborus etiam 7 squilla canes 7 leones plurimasq₃ beluasq₃ iterficiūt. Esculapius in libro de membris. Ceterū si super cortices quercus calcauerit zarum: idest leo formidabit continuo.

Operationes.

¶ Isaac. Leonina caro ceteris est calidior: grossa: grauis 7 difficilis: si comedatur dolorem 7 torsionem in ventre generat. A

¶ Esculapiꝰ. Leonis caro fantasticos sanat: aurium dolori 7 omni alij valet. Si quis sederit sup pellē leonis: recedēt ab illo emorroides. B

¶ Qui vero linit corpus suum sepo renu₃ leonis terrentur ab eo lupi. C

¶ Haly. Adeps leonis calidior ē ceteris 7 fortioris dissolutiōis in apostemata dura. D

¶ Diascorides. Adeps leoninus oībus quadrupedibus calidior est 7 minꝰ extenuatorꝰ. Vetus autē factus a se ipso calidior fit. E

¶ Dicitur autem venenis esse contrarius: cū F

vino

vino adbibitus bestias omnes expellit: ⁊ est re
pcussibilis odoris quo serpentes persequitur.
G ¶ Auicenna. Adeps leonis resoluit duricias
H apostematum. ¶ Plinius li. xxviij. Leonis
adeps cum rosaceo cutem in facie custodit avi
I cijs. Cādorēq3 seruat ⁊ sanat adusta. ¶ Idez
etiam adeps cum rosacco quotidianis febrib⁹
prodest: eo φ perunctus eo bestie fugiunt.
K ¶ Fel eius aqua addita claritatem oculis in
unctis facit. Cor in cibo sumptum quartanis
medetur.

Capitulum. lxxxi.

I Leopardus. Ex libro de naturis re. ¶ Leopardus ē aīal quod ex leena ⁊ pardo generatuz est: colore subru fo: maculas habet nigras per totū. Femina mare fortior ē. Cū pardus bestia cru delissima sit: aliquando quidem domesticaſ: sed nūm̄ ꝑ sic: vt sue crudelitatis obliuiscatur. Domesticaſ autem ad venandum: itaq3 cum ad predam in venatione ducitur: relaxatur: φ si quarto vel qnto saltu capere nequerit feroci ter iratus subsistit. Et nisi statim venator fu rēti bestiā aliquā obtulerit: cui⁹ sanguine pla cetur in ipsū venatorē vel in quoslibet obuios irruit. Impossibile est enim eum placari nisi i sanguine: sed in hoc prouidi sunt venatores vt agnos penes se vel alia animalia semp ha beāt qbus iratos placāt. Phisi. Leopardus est animal leoni simile in capite ac membroꝝ dispositione: licet non sit tam magnus nec taz robustus: hic ab homine ita domesticatur vt eo sicut cane ad venandum vtatur.

Operationes

¶ Auicēna l. ij. caū. Fel leopardi venenū est A
ex eo bibenti: cui vomit⁹ ⁊ tyriaca ꝑpria sub
uenit. ¶ Esculapi⁹. Leopardus cū hoīs cra B
neū viderit fugit. ¶ Rasi. Herba quoq3 q̄ le C
opardi herba dī: leopardus terreſ. ¶ Et her D
ba q̄ leopardū strāgulās dicaſ interficiatur.

Capitulum lxxxii.

I Leonthophonos: ⁊ leucrocuta. Isi dorus. Leōthophonos ē bestia mo dica ex eo vocata: q2 capta exuritur eiusq3 cinere asperse carnes: ⁊ posi te p cōpita semitaꝝ: leones necāt si quantulū cūq3 ex illis sumpserint. Solin⁹. Propterea leones eas naturali odio premunt: ⁊ vbi facul tas daſ morsu qdē abstinēt. Plini⁹ lib. octa uo. Leonthophonon accepimus paruuz ani mal vocari: nec alibi φ vbi leo gignitur nasci. Quo gustato a leone tanta ei vis inest vt cete ris quadrupedum imperitans illico expiret. ¶ Leucrocuta. Solin⁹ ⁊ Plinius libro octa uo. Leucrocuta velocitate precedit feras vni uersas. Ipsa est asini fere magnitudine: ceruī nis clunibus: collo: cauda: pectore: ⁊ cruribus leonis caput: ore vsq3 ad aures dehiscente: dē tium locis osse perpetuo: hanc quoq3 feraz hu manas voces tradunt imitari. Nam voce lo quentium hoīum sonos emulatur apud Idos innenitur. Actor. Videtur leucrocuta eadem esse bestia que superius vocata est ecucrocata. Et fortassis ex scriptoris vicio prouenit hec no minum variatio.

Capitulum. lxxxiii.

Epus. Isidorus. Lepus q̄si leuipes
l qꝛ velociter currit. velox enī est aīal et
satis timidum. Actor. Lepus est aīal
mollissimū: debile: timidū ac fugitiuū: auricu
latū: hꝫ crura retro lōgiora vn̄ ⁊ facilius ascē-
dit ꝙ descendit. Immūdus est s̄m legē: qꝛ nō
ruminat: sed quidē vngulā diuidit. In petra
cubile suū collocat. Apertis oculis dormit: ha
bet aūt simul vtrūqꝫ sexum. Vn̄ Therentius.
Tute ingt es lepus: ⁊ palpamentū q̄ris: quasi
dicat: ex quo nunc femine vsic maris vsurpas
officiū geꝑ ꝙ palpes queris mulierē: hꝫ autē
lepus labia semꝑ in motu. Ambrosi⁹ Lepores
cognouimus hyeme albescere: estate aūt in co
lorem suum redire. Testante Plinio. Lepus
nunquam pinguescit.

Operationes.

A ¶ Isaac. Lepus lꝫ siccus sit ⁊ grossum sāgui-
nem generet: melior tn̄ est hircis ⁊ capris iuue
nibus: ꝑinde valet siccas habere volentib⁹ cō
B plexiones. ¶ Cōtrarius vero est tenuē dietam
seruātib⁹. Aui. Lepus siluestris fri. ē ⁊ siccus
C stomachū mūdificat. ¶ Sāguis eius mūdifi-
cat pānū: ⁊ cinis capitis eius medet alopicie.
D ¶ Cerebrū eius assatū cōfert tremori acciden
E ti in successione egritudinis. ¶ Itē cū eodem
cerebro gingiue puerorū inunduntur. Proprie
tas que in ipso est: velociter oriunt dētes: ⁊ fa-
F cile exeūt sine dolore. ¶ Coagulū eius melius
est oībus coagulis in specie. hoc cū aceto bibi-
G tum cōfert epilentie. ¶ Idem cū tiriaca ⁊ ace-
H to valet venenosis. ¶ Itē caro leporis ca. est
⁊ sicca: assata bona est visceribus intestinoꝝ.
¶ In iure carnis eius sedent podagrici: ⁊ ha- I
bentes dolorē iuncturarū. ¶ Et eius opatio K
ꝑxima est opatiōi iuris vulpis. ¶ Item cere- L
bellū leporis comestū tremorē corporis tollit.
¶ Caput eius cōbustū cū sepo vrsino: ⁊ vt ca- M
taplasma adhibitū alopitias emēdat.
¶ Coagulum eius bibitum abstinet mēstrua. N
¶ Coagulum cum aceto lac in mulierū mam O
mis coagulatum dissoluit.

Capitulum lxxxiiii.

Euiathan. Actor. Leuiathā hebrai
l ce dr̄ draco. Fertur aūt ꝙ draco ⁊ ī ter
ra serpit: ⁊ aquis natat ⁊ ī aere volat:
vnde ⁊ in Asia tribus noībus appellatur scili-
cet serpens ⁊ cetus ⁊ leuiathan. Loquens enim
in spū de diabolo sub leuiathan typo: ita dicit
ꝑpheta. In die illa visitabit dn̄s ī gladio suo
duro ⁊ grādi ⁊ forti sup leuiathan serpētē ve-
ctē: ⁊ sup leuiathan serpentem tortuosum ⁊ oc-
cidet cetum qui in mari est Iorath. Leuin et
leuiathan pisci aspedo: idest ceto frequēter in-
sidiatur: ⁊ pugnat cum eo. Omnesqꝫ pisces ma
ris qui pugnam vident īter illos subito ad cau
dam ceti confluunt. Et si qñ cetus ab illo deui
ctus fuerit moritur: ⁊ ipsi statim: quos enim cau-
da cinxerit mox deglutit: ꝙ si cetus superari
non potuerit: tunc leuin a faucibus suis fetidis
simū odorē cum aqua emittit. Cetus aūt econ
trario aquā haurit: ⁊ respuit: ⁊ odorē fetidissi-
mum repellit: ⁊ sic se suosqꝫ saluat ⁊ defendit.

Capitulum

Capitulum. lxxxv.

l Anificus z limax. Ex lib. de naturis rerum. Lanificus vermis est longius maculosus ex multis distans pedib⁹: sparsim colore albus. hic lanam sericam ex ꝓpriis visceribus operatur: z arboris mori foliis vescitur. qui. s. cibus mediantibus ipsius visceribus in lanam conuertitur. Itaqꝫ lane sue fusos in ramusculis faciunt: z in circuitu sui operantur: ita vt perfectis fusis vndiqꝫ in opere suo includantur: post hoc exitum sibi faciūt in summitate fusorum. Egredientesqꝫ natura mirabili mutati prorsus apparent a forma priori: adeo vt vermes qui repebant innumeris pedibus habentes alas iā apti sūt ad volandum. Demum venerem ineuntes diebus tribus coeunt: quo peracto masculus moritur: femina vero ordine iterato oua parit innumera: substrato sibi panniculo vel albo vel rubeo: deinde emoritur. Tunc panniculus cum ouis suscipitur: z vbi non possit hyemis attingere frigus reponitur: postea calore. veris inualescente: oua ad solem exponuntur z calore fouentur donec animata in verme formentur. Isidorus Limax est vermis limi dictus: eo ꝙ in limo nascatur: vnde z sordibus semper z immundus habetur. Actor. De hoc plenius infra dicetur vbi de testudine agetur.

Capituluꝫ lxxxvi.

l Inx. Isidorus lib. duodecimo. Linx dictus est: quia in luporum genere numeratur. bestia maculis in tergo distincta vt pardus: sed similis lupo. Algazel super libro de sensu z sēsato. Maxime vero linx animal mouetur ſm sensum visus. Nam visu suo res solidas penetrat. z si aduenit ei res trāsparēs: cito excecatur ab ea. Ex libro de naturis rerum. Linx adeo perspicaces oculos habet: vt subtilitate visus etiam solida corpora penetret. Constat enim ꝙ oculus in humido situs est iuxtus philosophuꝫ. Tria vero sunt l aqua scilicet aque humiditas: dyaphoneitas z lucis perspicuitas: z hanc vltimam communicat cū natura celesti. Linx habet linguam serpentis similem: sed maiorem quam in longitudinem magnam porrigit: z collum circumagit: vngues habet grandes. vnicum fetum facit: et vrina eius in gemmam durescit.

Operationes

¶ Plinius libro vicesimooctauo. Pruritus corporum vrine lincis stillicidio traditur inhiberi. A

¶ Eademqꝫ prodesse monstratur z vngularum dolori. B

¶ Iorath. Linx habet formam vt lupus. Lapisqꝫ ligurius ab eius vrina distillatus septeꝫ dierum spacio generatur. C

¶ De hoc lapide inferius in tractatu de lapidibus dicetur. D

Capitulum. lxxxvii.

l Ocusta. Ex li. de na. re. Locusta est aial q̄drupes puū ad cuniculi ferc modū: caput bz carnosū ⁊ magnum ⁊ comestibile: habitatqz circa ptes hierosolyme. Vn̄ Joā. baptista hmōi carnib⁹ aialiū vescebat. Quidā tn̄ dicūt q̄ circa iordanis terrā est herba dlcis ad edēdū q̄ locusta vocat: ⁊ hmōi cibo nō locustis aialib⁹ Joā. vtebat. H aial gregatī incedit. Vn̄ Salomō ait: Regē locusta nō bz ⁊c̄. Qd vtiqz de locustis ōnib⁹ itelligi non pōt: q̄ i multo timore sūt ⁊ nō p turmas: sz solitarie icedūt. Dicit Aris. q̄ fcia q̄dā locustam nutrit ab eo tpe quo iuuenis ⁊ pua fuit. q̄ cum creuisset p se ⁊ sine masculo ipregnatā fuerit.

Capitulum: lxxxviii:

l Upus. Ex li. de naturis rer̄. Lupus est aial rapacissimū fraudelentū. huc nōnulli canē siluestrē eē dixerunt: qz forma eius canis vlulatusqz cōsilis: sed latratu caret. Audax est magis eoꝝ gen⁹ qd breue q̄ qd lōgū est. Cerebrū ei⁹ crescit ⁊ decrescit fm statū lune: q̄ lz in oib⁹ quadrupedibus: i lupo tamen ⁊ in cane plus. Pytagoras. Oculum vero lupi eradicatum cum viderint quadrupedia: domestica timēt ⁊ fugiunt. Et si qd aial mixerit supra vrinam lupi calidam non concipiet vnq̄. Actor. Lupus fetidissimus est ⁊ rapidus. horrendū habet vlulatum. In vespere autem maxime esurit. vnde scriptum est: Judices eius lupi. Aristo. Lupus omni tempore agrestis est sicut et leo ⁊ vrsus. Est etiaz fortis ⁊ astutus. Ambrosius. Lupus si primo hominem viderit: vocez ei eripit: ⁊ cum tanq̄ victor vocis ablate despicit; si autem se preuisum senserit: ferociam deponit ⁊ currere nequit. Aristoteles. Lupi famem quidem diu portāt: ⁊ post longa ieiunia multum deuorant. Lupus gulose comedit sine masticatione: ⁊ vna die q̄ ad tres dies sufficit: non autem comedunt nisi carnes. Isido. Lupi toto anno non amplius q̄ duodecim dies coeunt. Ex libro de naturis rerum. Lupi virgas osseas habent. Anno per duodecim dies coeunt: ⁊ solum eo tempore gregatim icedūt. Aristoteles. Lup⁹ coit sicut canis. Tpe coitus quando filios hēt valde malus est.

Operationes.

¶ Ex libro de naturis rerum. Lupi cor si de- A
siccetur ac seruetur multū dicitur fieri aroma
ticum. ¶ Idem combustum contritum ⁊ po- B
tatum iuuat epilenticum. ¶ Phisiologus. C
Epar lupi siccatum ⁊ tritum ⁊ cum dulci vi
no sumptum: facit ad omnes distemperātias.
¶ Esculapius. Lupi caro cocta ⁊ esa. fanta- D
sticos sanat. Adeps eius ⁊ fel quantum canis.
¶ Haly. Fimus albi lupi colice prodest. E
¶ Auicēna in secundo canone. Caro lupi ma F
la est. Caro tamen luporum habentia rostra
⁊ vngues oculo confert ⁊ confortat ipsum. va
let etiam emorroidis sed abhorret eam stoma
chus. ¶ Phisicus. Nec soluz lupi sanguis: G
sed etiam fimus confert in colica passione.
¶ Pytagoras. Homo in passione sua qua H
lunam senserit canini dentes. adib. i. lupi cu
rant eum.

Capitulum lxxxix.

Luther

Luther. Ex li. de na. re. Luther ē aīal astutū ꝛ maliciosū: magnitudīe muri legi: fossa ppe cōsiti pterqȝ ī capite colore fuscū ꝛ nigrū: pelle nitēs cui mollior pluma pilus ē: cui⁹ nitor nō de facili cedit vetustati. Unā de pelle ipsi⁹ fiūt ornat⁹ circa collū ī vestib⁹ virorū ac mulierꝫ: H bestia circa stagna et fluuios hitat: ibiqȝ foueas hꝫ: ꝛ fetus facit: piscibus viuit quos mirabili frequentia venaī. Qui lꝫ sub aqs diu viuere possit: respiraculūꝫ tā ab aere trahit. Unā qñqȝ auiditate pde gutgustū.i. nassā īgrediī. Et qꝛ tūc ne p īrroit⁹ locū redire nec nassā tā cito discerpere possit: spiritū in aere recupare nō valēs ī aqs suffocaī. Adeo vo ciborꝫ cupida est ꝛ auara qꝫ pisces captos ī specu suo tāto cumulo congregat: vt ex putredine eorꝫ fetore nō solū foueā sed etiam aerē inficiat. Qd nō sine periculo sui qdā experti sunt: q hāc bestiā cape voluerūt: a piscatorib⁹ aliqñ domesticaī ꝛ arte īducitur vt pisces suo circūitu cogat picula retiū ingredi: suoqȝ iuuamine capi. Unde magnū emolimentū dominis suis prestare videtur.

Capitulum xc.

Lumbric⁹. Ysi. Lūbric⁹ ē vmis īntestinorꝫ sic dict⁹: qsi lubric⁹: qꝛ labiī: vel eo qꝫ ī lūbis fit: horꝫ tria sūt gña. rotūdi: lōgi ꝛ lati. Haly. ī li. regalis dispositionis. Lūbrici nascunī ex hūorib⁹ flegmaticis putrescētib⁹ īntestinis vbi nasciī color extrane⁹. Nos īpossibile ē nasci de sanguie vel colera rubea: nā colera rubea cū amaritudine ꝛ acuitate ac siccitate sua hmōi occidit aīalia. Sāguis aūt de venis vel arteriis nō exit: ꝛ si exierit ipsa gignit cū passiōib⁹ aliis. Unā passionē hanc hñt pueri flegmaticā ꝛ grossā hūiditatē hñtes cuꝫ picta sua grossa ꝛ purgādi negligentia. Maxime vero in autūno hec passio nascitur ex fructuum comestione ꝛc̄.

Capitulum xci.

Liebaonē siue liebaonē ꝛ lintisc⁹. Ex li. de na. re. Liebaon ī oriētis ptib⁹ est bestia quā ī gñe luporꝫ nōnulli ponūt sꝫ lupo lōgiorē: ꝛ hꝫ crura breuiora ac dissimilia: ceruicē quoqȝ iubatā ꝛ multipbariaꝫ coloris varietatē: saltu velox ꝛ īnocua hoīuꝫ: venenatu viuit: hitū mutat sꝫ tpa. Nā hyeme hirsuta ē ꝛ pilis horrida: estate vo nuda. Et h idē vult Pli. lꝫ p alia vba Lintisc⁹. Ex li. de na. re. Lintisc⁹ aīal quadrupes ē vt dic̄ expimētator ī li. suo qd ex cane ꝛ lupa nasciī. Est.n. vterqȝ parēs adeo luxuriosus vt odio naturali sibi ꝯ dicēte qd ē īter canē ꝛ lupū in copulā tñ cōueniant ppter luxurie delectamētū. Sicqȝ fit vt fet⁹ attrahat sibi colorē ꝛ mores vtriusqȝ. Pli. li. viii. E lupis galli canes cōcipi volūt: quorū greges suū qsqȝ ductorē e canib⁹ ꝛ ducē hñt. Illū in venatu comitātur: illi parēt. Ysi. Lintisci dicunī vt ait Plinius canes nati ex lupis ꝛ canibus: cum inter se forte miscentur.

Capitulum. xcii.

m Aricomorion. Albert⁹ in lib. de na. aīalīū inqt: Maricomorion est bestia orientis raro visa: cuius magnitudo est vt leonis: coloris rubicūdi: tres ordines dētium h3 in ore. Pedes sunt vt leonis. Facies eius ⁊ oculi: aures vt hōis. Cauda eius vt scorpionis. Agressiui sonus ei⁹ vt tube: ⁊ voces imitantur hominus. Velocitas ei⁹ sicut cerui. Et deceptos homines deuorat.

Capitulum. xciii.

m Ustela. Ex li. de na. re. Mustela est bestiola frdola: catulos sedule nutrit eosq3 de loco ad locu3 sepius trāffert ne forte inueniant: hec rupes ⁊ cauernas inhabitat: diutissime dormit. Qñ eu3 serpente pugnare vult: agrestiruta se munit: pinde super oēm medicoꝝ artē ruta eē df: ita vt si mortuos fetus suos inueniat p herbā naturaliter notā rediuiuos faciat. De hac clemens papa dicit: ꝙ ore cōcipit ⁊ aure parit. Mustela serpētes psequtur adeo vt ipsū basiliscū interimat: s3 eo interfecto cōmorit: fit ergo breuis corpe et ore: sed astutia magna ⁊ alositate: vincit etia3 alalia magna agilitate corporis.

Operationes.

¶ Auicēna l. ij. canōe. Ex limatura ficu cū herba fit emplm̄ sup mustele morsum. ¶ Idē li. iiij. Est aūt mustele morsus velocis doloris: cōtra quē fit emplm̄ cū cepis ⁊ alijs. ¶ Odor rute mustelā effugat. ¶ Esculapius. Mustele cinis ⁊ sanguis eius elephanticiosas sanat. ¶ Pli. li. xxx. Mñeri dolorib⁹ cinis mustele cum cera medetur. ¶ Sanguis mustele podagris confert cum plantagine illitus: preterea cinis mustele ex aqua potus frenecticis pdest. Elephantiam quoq3 sanat. A B C D E F

Capitulum. xciiii.

m Ammnetus siue mamonetus ⁊ manticora. Isidorus. Mamonetus ē animal symia minus: in dorso fuscum: i ventre candidū: caudā habēs villosam: ⁊ collum ita grossu3 vt caput. Eū captū non ligāt per illud sicut cetere bestie: cū laqueus id tenere non possit: sed per ventrem. Habet aute3 ppriissime faciem humane similem: nigram duntaxat ⁊ sine pilis. a collo desuper frontem nec

nec est nasus ore continuus sicut in symea. sed certum spacium inter vtrunqz sicut in bole. Inter has bestias et symeas odium est implicabile: bellumqz frequens: et licet viribus non preualeant: astucia tamen et animo animosita te bellandi symeis preferuntur. ¶ Manticora. Auicenna. In partibus Indie Lupus quidam est: qui grece dicitur Marticorion. latine scilicet Manticora. tres habens dentium acies inferius et superius. Est autem magnus et pilosus cuiusqz pedes vt leonis: facies et oculi et aures vt hominis: fusci sunt eius oculi: et color est rubicundus vt minij. Cauda eius est vt scorpionis agrestis. Et in ea est rubedo. Ipseque pilos eijcit et loquitur et binnit: vox eius est vt vox tube et velociter currit sicut ceruus. Estqz agrestis hominem comedens.

Capitulum xcv.

Marcatus. Albertus in lib. de nat. animalium. Marcatus est animal figure mustele: sed quātitatem habet catti. sed lōgius est: et bina habet cura: in dorso ventre et gutture. album sicut mustela. vngues habet breuiores q̄ catt⁹. et duarum generum. vnum fagorum. et alterū abietum dictum: sed illud quod nidificat in abietibus multum est pulchrius et commiscentur ibi mutua ambo genera: pellis vtriusqz preciosa: Genera istius animalis et mustele habent hoc q͞ cum sint iracūda valde: efficiūt effeda. Et sunt animalia vix vnq̄ quiescentia: tiam quando domesticantur.

Capitulum. xcvi.

Melo. melosus. et monoceros. Ysid. Melo dictus est eo q͞ sit iocundissimo membro. vel q͞ fauos petat et assidua mella captet. Est autē aīal quadrupedes armatū vngulis. Glosa sup epistolā ad hebreos. Melo vel melotus ē aīal qđ et taxus dr̄ cui⁹ pellis hispida valde melota vocatur. Vñ de quibusdā sanctis antiquioribus legitur. Circūierunt in melotis. Ex li. de natura rerum. Melosus est bestia valde magna que truculentos hostes psequtur tanq̄ adhec creata. Rictus habet ingētes. dētes quoqz fortes et pminētes. cū qbus audacter bella cū aduersarijs patitur. Hec cū hominib⁹ fortibus terribilis sit. puerorū tamen innocentiam et corpū paruitatē mirabilr̄ pborrescat eoꝝ verba fugit. I quo digne magnificētia inocentie cōprobat. ¶ Ysid. Monoceros est monstrum: equino corpe. ceruino capite. cauda suilla: pedib⁹ elephantis. mugitu horrido: cornu tamē vno scz acutissimo. in medio frontis armatū. Captum qdē pimi pōt: sz nūqz domari: imo: vt dicit Jacob⁹: q͞ nūq̄ viuū i hois potestatē venit quia vinci se cernens furore vitā exuit. Phisiologus. Monoceros est aīal pusillum: edo simile: acerrimū habens vnū cornu in capite. Pli. li. viij. Asperrimā feram monocerontē reliquo corpore equo similem: capite ceruo pedibus elephante. cauda apro. mugitu graui: vno cornu nigro media fronte duorum cubito rum eminente: viuam capi negant.

Capitulum. xcvii.

E



m Igale. Actor. Migale bestia q̄ came-
leōti similis eē d̄r. Rudolph⁹ sup Leuiti-
cū. Migale d̄r q̄si mus gulosus. Est āt
ꝛ fraudulēt⁹. Nā cū dolo rapit q̄ postea vētri
cōmittit Aui. Migalū eē dixerit aial min⁹ mu
stela. Color ei⁹ ad citrinitatē decliu⁹ ē cū subti
litate ꝛ tenuitate. Lōgitudo oris ei⁹ ē ad vlti-
mū. ꝛ labiū ei⁹ i vltio. cūq3 videt aial: salit ad
ipsū. ꝛ cū testicul' ei⁹ suspēdit. Dixerūt āt q̄daȝ
ꝙ h3 formā ꝛ colorē muris. Flex muscida ei⁹ ē
acuta ꝛ ocli pui. Dētes ei⁹ hn̄t tres ordines. ꝛ
accidūt i circuitu morsus vesice plene hūidita
te sāguinea sup bases fustas. Q̄nq3 āt puenit
res ad puncturā in itestinis ꝛ difficultatē vrine.
sudorēq3 frigidū corruptū. Cū ergo cadit ca-
ro corrupta curetur vulnus curatione sua.

Capitulum xcviii.

m Ulus. Ex li. de na. re. Mul⁹ ex azi-
no ꝛ equa genit⁹. h3 q̄dā azini ꝓpria
.s. aures lōgas. hinitū horridū: crucē
i hūeris. pedes exiguos. ꝛ corp⁹ ma-
cilētū. reliqua vō vt h3 eqn⁹. Mule nūq̄ cōci-
piūt. q2 mēstrui supfluitas i eis cū cibo trāsit i
nutrimētū corpis. Itē sāguis quo natura non
indiget exit cū supfluitate vesice. Est ꝛ alia rō
q̄m hoc aial extra naturā gn̄atū ē. ꝛ ei⁹ natura
diuersificata ē i equo q̄ calidus nature ē. ꝛ azi-
no q̄ sūme frigiditatis. Itaq3 in fetu diuersi-
fice gn̄ato ꝛ malo cōplexionato. nō pōt eē con-
cordātia ptiū ꝛ ordinata natura. vt quasi ex ꝓ-
pria sibi simile generet: q̄ nullā ꝓpriā generis
sui substātiā habet: itaq3 in aialibus romano
rum mulas peperisse prodigij loco habitū est.

Operationes.

¶ Auicenna. Mulorum pellis ac similium A
cinis ponitur super adustionem ignis.

¶ Et vlcera calefacit q̄n non sunt cum aposte B
mate. Est etiam medicamē excoriationi pedū
a calciamentis atq3 coxarum ꝛ fistulis.

¶ Belbetus in libro de sensibus. Si domuȝ C
fumigaueris cum vngula muli sinistra: non
remanebit in ea sorex.

¶ Plinius libro vicesimooctauo. Cinis vn- D
gularum muli vel mule ex oleo mirtino alopi
tias replet.

¶ Esculapius. Auricule mule ꝛ burdonis te E
sticuli si ferantur a muliere [illegible] concipiet.

Capitulum xcix.

m Us. Ex lib. de na. re. Mus est bestiola panis cupida: ⁊ eoꝝ que ex frugibus ad humanos vsus fiunt. In perquirendis cibis solertissima: pro quibus etiam nulla plerisqꝫ vitat pericula: eorumqꝫ cupidine duriores solidasqꝫ materias demolitur. Porro si in aqua bibitur moritur: qa valde humide nature ē. Plinius lib. vij. Murium plura genera sunt in regione cyrenaica. Alij lata fronte: alij acuta: alij erinaciorum genere pugentibus pilis ⁊c. Ex li. de na. re. In oriente mures magni sunt ad modum vulpium. qui animalia perimunt homines licet non occidant: morsibus tamen molestant. In arabia mus magnus inuenitur: cuius pedes anteriores sunt magni: scilicet vnius palme: posteriores autem vnius digiti.

Operationes

A ¶ Plinius lib. xxij. Cameleonis herbe succus additis aqua ⁊ oleo mures in se contrahit ac necat. ni protinus aquam sorbeant.

B ¶ Idem libro vicesimoquarto. Taxi quoqꝫ arboris fumus necat mures.

C ¶ Idem libro vicesimoquinto. Elleborū etiā polente admixtum mures necat.

D ¶ Idem libro. xxvi. Porro si cerebrum mustele coagulo addatur: dicunt caseos a muribus non attingi.

E ¶ Idem libro vicesimoseptimo. Aconitum e longinqua mures colere necat.

F ¶ Rasi in Almansore. Mures de domo calcanto fumigata fugiunt.

G ¶ Auicenna in secūdo canone. Squilla est cepe muris sic nominata. q2 murē interficit.

H ¶ Item argentum viuum interficit mures.

I ¶ Ad effugandum mures mus masculus excoriatur ⁊ in domo dimittitur aut castraf. aut cauda eius abscindif: sed excoriatio fortior ē.

K ¶ Itē mus assatus ⁊ siccatus ⁊ infanti datus ad comedēdū abscindit saliue fluxum ab ore eius.

L ¶ Sanguis muris eradicat verrucas.

M ¶ Stercus autem eius super alopitiam confert proprieqꝫ adustum ⁊ cum cepe linitum.

N ¶ Cum thure vero ⁊ aqua mellis bibitū frangit lapidem.

O ¶ Item sumptum soluit ventres puerorum.

P ¶ Et quādo cum aqua coquif ⁊ sedat in ea q difficultatem vrine patitur confert ei.

Q ¶ Ex li. de na. re. Fimus muris vehementer laxat. vnde ⁊ trutanni medicinam ex eo acuut.

Capitulum c.

m Usquelibet ⁊ muscus. Ysi. Musquelibet ē bestia orientis capreole magnitudinē hñs: ī cuius īguine crescit apa de collectis hūorib9. Qd cū maturatū fuerit: collidit illd ⁊ fricat ad arborē. sicqꝫ soluif ⁊ decurrit sanies. ibiqꝫ eōdēsaf ⁊ īduraf. ⁊ hmōi subā muscus vocaf. Ois ēt caro eius ⁊ stercus dr muscus. sꝫ ille in sto melior ē q ab apate currit. Muscus odore pdito vtutē suā ī fetorib9 ⁊ latrinis recuperat ꝯ fetorē cluctaf. ⁊ sic q̄si luctamle reuiuiscit. ¶ Cōstan. ī li. graduū. Muscus pustula ē ī vētre cuiusdā alalis. de quo ēt superius dictū in ca. lxviij. Gazelle. Et est capreolo silē. qd est in India. Idem in pantegni. Muscus maior est in aromatibus cali. ⁊ sic. in. ij. gradu.

Operationes.

¶ Ysid. Muscus valet ꝯ sincopiꝫ: ⁊ cordis debilitatē: cerebriqꝫ ⁊ epatis ⁊ stomachi. A

¶ Cōstā. li. vt supra. Muscus cōgruit seniorib9 B
ī hyeme mēbra qdē ōfecta aromatizādo cōfortat: timorē melācolicū āputat ⁊ audaciā pstat.

¶ Itē sternutatiōes de musco ꝯ paralisim ad C
iuuāt. ¶ Iteꝫ muscus mittif in collirijs ⁊ pil- D
lulis seu puluerib9 oculoꝝ. cuius vires albugies oculoꝝ extenuāt. noxiū humorē desiccant.

¶ Dyas. Inunctū capitis grauedinē ōpellit. E
eiqꝫ vires pstat. q2 cōfortatiuū ē. ¶ Dat sola- F
tiū mēbris oib9: ⁊ fortitudinē auget ossibus.

¶ Scotomiā ex abūdāti humore natā emendat. somnū inuitat: ventrem stimulat. G

¶ Cor ⁊ oīa viscera cōfortat inmodum catha H
plasme impositum. Lege superius ca. Gazel. ⁊ plenius inuenies de musco.

Capitulum. ci.

m Musio. Ysi. Musio catt⁹ est appellat⁹ co q̄ murib⁹ sit infest⁹. Ex li. de na. re. Musio siue murileg⁹ aūt catt⁹ grece dr̄ q̄si astut⁹. Alal ē inmūdū z venenosū: z oluʒ muriū gen⁹: psegt: cū bufonib⁹ quoqʒ pugnare dr̄: quoꝝ lʒ venenatis aculeis repugnet: nō tū necat. mures captas p̄mo lusib⁹ afficit: post hoc illusas comedit. Oculis carbūculosis tam acute cernit q̄ ēt i atris tenebrosissimis velut i luce etiā mures aspicit. Dētes hʒ ad modum serre: pilos circa os hʒ: qb⁹ ablatis audaciā p̄dit. blādiciis gaudet: loca calida diligit. Eā p̄nimia pigricia pellē suā cōburit: bois manu cōtrectari gaudet: z ad ludū facilime p̄uocat. Loturā faciei lābendo poribus pedibus imitat. Libidine ipatientissime accendit. Et libēter coitus tempore siluestre efficitur.

Capitulum cii.

m Ultipes. Ysido. Multipes est vmis terrenus a multitudīe pedū vocatus q̄ ȝctus in globū cōplicat. Nascitur sub petris ex bumore z terra. Arist. Alal anulosum lōgi corpis z multoꝝ pedū equalem hʒ anulositatē: z viuit aliquātulū post capitis abscisionem. Item p fumū storacis sicci m̄ltipes deludit ac deprehendit. Ex li. de na. re. Multipes a re nomen hʒ z sanguine caret boc alal. dicit Aug. Aliqn̄ corā ipso allatū: coqʒ spectāte in multas partes concisum z tamen vnaqʒqʒ pars viuit ab alius partibus separata.

Operationes

¶ Auic. Uermis qui est sub vasis aque plurimos hʒ pedes: z cū tangitur rotundatur. A

¶ Si palatū ex eo cū melle tangit: valet cōtra p̄focationes: z similiter cum comeditur. B

¶ Confert etiam asmati: z ad dilatationeʒ anbelitus s̄m q̄ dicitur. C

¶ Item vermis multipes cum vino bibitus confert ictericie z difficultati vrine. D

Capitulum. ciii.

n Epa. Phisio. Nepa. qbusdā placet serpentē esse femineā q̄ in bora libidinis estuātis mari suo cōpari caput p̄cidens ipsum necat. Eā z ipsa in partu necat viceuersa. Sicut ergo eadē est nepa: q̄ z vipera sic dicta: quasi vi pariens. Eū enī p̄pe partum est catuli matris visceribus corrosis erūpunt cuʒ interitu ipsius m̄ris. Actor. De hac ergo specie plenius dicet infra vbi agetur de vipera. ¶ Obir. Ysid. Obices dicta est: eo q̄ arene colorem babeat. De qua poeta. Quam sparsis pictus maculis thecopban⁹ obices. Cō color exustis atqʒ indiscretus barenis zc.

Capl̄m

Capitulum ciiii.

Eomon. Albertus in li. de na. animalium. Neomon bestia est: et grece vocatur neomon: latine vero suillus: et dicitur eo quod setas habet pro pilis: et hoc odore cibum conuenientem a venenose distinguit. Hec bestia serpentes persequitur que cum aspide pugnans caudam erigit quam aspis quasi minantem obseruat et ad vim suam cum ea transfert aspidem deceptam.

Capitulum cv.

Nager. Ysid. Onager interpretatur asinus ferus. ¶ Onager. xxv. die Marcij. xij. vicibus in nocte rugit similiter in die: et in hoc cognoscitur equinoctium esse. Eius quoque rugitus per singulas horas rugientis numerus horarum cognoscitur. Actor. Onager vt legitur in solitudinibus et in altis habitat: vbi propter beneficium ventorum diuisus a potu viuit. Unde Hieremie. Onagri inquit steterunt in rupibus traxerunt ventum quasi dracones. Ex lib. de na. re. Onager indie magnum est animal et crudele: formam asini habens: et vnum solum cornu in fronte. durum nimis et acutum ac longus ad bestias contrarias debellandas. et hoc habet in medio capitis: soleas etiam fortes et acutas habet: vt iuuamen naturale: quod in alterius cornu defectu perdidit in eis recuperet. Plinius lib. viij. Onagri in frigia et licaonia precipui sunt.

Operationes

¶ Ysi. et Aui. Onagri fel. i. asini siluestris eradicat morum: et confert super apostematum vestigia linitum. ¶ In emplastris etiam heri sipile ponitur ac prohibet ipsam. A B

¶ Urina asini siluestris lapidem in vesica frangit. ¶ Actor. Ungula siluestris asini si comburatur et bibatur epilentie prodest. C D

Capitulum cvi.

Rafflus. Albertus in lib. de na. animalium. Orafflus animal est varij coloris omnia precedens animalia. In anteriori parte est valde altus: ita vt capite extenso altitudinem. xx. cubitorum posteriori autem parte emissum: ad instar cerui pedes habens et caudam. collum extensum: et caput equinum licet mi

nus sit aliquantulum colores multos hꝫ: tñ album ⁊ rubeũ hẽt frequẽtiores: cum vidit se cõtẽplãtes ammirari huc ⁊ illuc se vertit prebẽs se bene videndum: hoc aĩal temporibus nostris visum est. Et arabice vocatur seraph.

Capitulum cvii.

Onocentbaur⁹: ⁊ orasius. Ex li. de na. rer. Onocẽtbaur⁹ est aĩal mõstruosum ⁊ natura biforme capite scilicet asinino ⁊ corpore velut humano: faciem habet satis horridã: manusqꝫ formatas habiles ad omnẽ actũ. dũ vocem ꝓmit quasi loqui incipit: sed insueta labra vocẽ humanã formare nõ possunt. H̃ post insequentes se ligna vel lapides mittit vt experimentator dicit. hoc mõstrũ dicit Adellinus philosophus īter ceteras bestias ab inicio nõ fuisse tale creatũ. sed aliqñ ⁊ alicubi casualiter ex adulterina cõmixtione generari. ¶ Orasius. Ysidorus. Orasi⁹ in anteriori parte altũ: eminẽs valde. ita vt extenso capite. xx. cubitorũ altitudinem possit attingere. In posteriori vero pte demissum est instar cerui. Collũ habet extensum: caput equinuꝫ: licet minus: pedes auteꝫ ⁊ caudam vt ceruus. pellem vero sic omni colorũ genere diuersimode variatam: vt homo frustra temptet artificio naturaleꝫ ei⁹ pulchritudinem imitari. Hoc aĩal nostris temporib⁹ a soldano babiloniorũ transmissum est īperatori Friderico romanorũ augusto ⁊c̃. In precedenti cap. Albert⁹ illud aĩal specialiter describit ⁊ appellat eum Orasflus.

Capitulum cviii.

Orix. Actor. Orix est aĩal imũdũ ſꝫ legẽ. iuxta libꝝ Deut. De quo ẽt dicĩ Ysai. Dormierũt sicut orix illaqat⁹. Ex li. de na. re. Orix ẽ bestia capree magnitudĩs: hirco ex pte silis: villũ hñs sb mẽto. Hec ī illa pte affrice q̃ caret aq̃ gñaĩ. ⁊ iõ ꝑpetua siti ardet. Admirabile ṽo remediũ sitientiũ latrões getulie terre aq̃ carẽtis certissimis expimẽtis ꝓdidcẽt quo hõ ī siti eo duraret auxilio q̃ illo saluberrimo liquoꝛ vesicis dictaꝝ bestiaꝝ īfuso ꝓ pte modica vterẽĩ: H̃ bestia: sicut egyptij tradũt: ī exortu canicule naturaĩr tripudiare videĩ cõpage corpis ei⁹ visibiliter fnie: q̃ ĩber et frig⁹ abijt: instentqꝫ vapores ignei solis vt vestiaĩ terra floribus herbasqꝫ ꝓferat ⁊ fruct⁹. Est aũt frigoris impatiens. Vñ nec frig⁹ nec niues de facili sustinere potest.

Capitulum: cix:

p Anthera. Ysi. Pāther dictus est siue q̄ oīum aīaliū sit amicus: excepto dracone: siue q2 ex sui gn̄is societate gaudet ⁊ ad eādē sīlitudinē qcqd accipit reddit. Pan enī oē dr̄. Glosa super Osee. Nihil leone fortius: nihilq3 panthera velocius. Idō ꝑ ꝓphetā ait dn̄s. Ego quasi pāthera effraī3: ⁊ q̄si leo domui iuda. Ex li. de na. re. Pāthera ē aīal variū ac speciosū nimis. Sūt q̄ tradunt huic ī armo maculā eē lune sīle3: ⁊ interdū crescer̄ rotūdā ⁊ ad lune mutationē variari. Pli. li. xj. Oīūq3 pāthere q̄ttuor māmas in medio vētre. Mares āt in oī gn̄e fortiores sūt femis: ꝑterq̄ ī pātheris ⁊ vrsis. ¶ Item pāthera sel' oīno ꝑturit: cui⁹ cāe rō manifesta ē. Nā cū in vtero m̄ris coaluere catuli maturisq3 ad nascēdū viribus pollēt: odiu3 tēpoꝝ moras. Itaq3 oneratū fetibus vuluā tāq̄ obstātē ꝑtui vnguibus lacerāt: ⁊ effūdit illa ꝑtū seu potius dimittit dolore cogēte. Ita postea corruptis ⁊ cicatrisosis sedib⁹ genitale semē īfusu3 nō heret acceptū: s3 irritū resilit. Nā vt dic̄ Pli. Aīalia cū acutis vnguibus freq̄nter ꝑere n̄ posse: viciant̄ enī ītrinsec⁹ se mouētib⁹ catulis. Phisi. Pātheris venādis īsistētes: hircani: veneno carnes illiniūt casq3 ꝑ cōpita semitarum spargunt vt illaꝝ esu pāthere seducātur. Sed illē dum excrementa hoīs deuorant euadunt.

Operationes.

A ¶ Auicenna. Panthera ⁊ pardus quādo venenum comederunt stercus hominis querunt ⁊ comedunt: ⁊ sic euadunt.

Capitulum cx.

p Apro. Albertus in libro de naturis animalium. Papro animal est circa cesariem habun lans ciuitatem. parū vulpibus maius leporum habens mores: adunata enim vllulant. Aliquando enim vno precinente ⁊ alijs postea simul respondentibus: pilosa autem sūt hec animalia vt vulpes. Et vbi vnum istius speciei occasum fuerit: cetera circa ipsum vllulant sicut plangunt mortuū. Et sunt eorum voces adeo sonore q̄ cum eminus sunt tanq̄ propinquo putātur audiri: hoc animal dicitur sepulchra hominū in fame aliquotiens intrare: ⁊ cadaueribus hominū vesci. Et est quasi sit compositum ex lupo ⁊ vulpe.

Capitulum cxi.

p Athyon. Albertus in libro vt supra. Pathyon animal ē: quod nature decorem mirabilem habet: colore enim purpureo pollens: adeo est radiosum: vt visus in ipsa quasi sintilla re videatur. Mortuū autem ruborem retinet pelle3: sed subducitur radiositas ⁊ est ad modum canis in quantitate: mansuescibile valde ⁊ delectabile gaudet in cibo. Quidam autem antiquorum putabāt hoc animal habere aliquid diuinitatis. Ossa huius animalis durissima sunt ⁊ fortissima: ⁊ nerui adeo fortes: q̄ non nisi magna violentia valeant dirumpi.

Capitulum. cxii.

p Arandrus ⁊ pardus. Solinus. Parādrū nutrit ethiopia: boum magnitudine: ybico vestigio. ramosis cornibus: capite ceruino. vrsi colore. pariter villo ꝓfundo. Hūc parādrū affirmāt habitum metu vertere: ⁊ cū delitescit assimilem fieri cuicūqȝ rei ꝓximauerit: siue saxa alba sit: seu frutecto virens: siue q̄ aliū modū preierat: faciunt hoc idem in mari polippi i terra cameleontes: sed ⁊ polippus ⁊ cameleon glabra sunt: vt ꝓni⁹ sit cutis: lenitatem ꝓximāria emulari. In hoc aūt est nouū ac singulare hirsutiā pili colorꝫ vices facere: hinc euenit vt difficulter capi possunt. ¶ Ysi. Pardus secundus post pātheram est genus variū ac velocissimū ⁊ p̄ceps ad sanguinem: saltu enī ad mortem ruit: ex adulterio pardi ⁊ leene leopardus nascit̄: ⁊ tertiam originem efficit. ¶ Ex li. de na. re. vt dicit magnus Basilius. Pardus ē bestia torua ⁊ acuta nimis in impetu corpusqȝ motibus animū cōueniens hꝫ: ⁊ varium in colore: saltu potiusq̄ cursum predam insequitur. In aphrica ꝓpter inopiam aque congregant̄ diuerse fere ad amnes ibiqȝ leene bestiis variis vel vilis voluntate miscentur. Et inde pardi ꝓcreari dicunt̄.

Operationes.

A ¶ Aristoteles. Pardus sicut ⁊ pāthera quādo venenum comedit stercus hominum querit ⁊ comedit.

Capitulum. cxiii.

p Ilosus. Pirolus: ⁊ Putorius. Ex li. de naturis rerum Pilosus est animal: sicut glosa dicit super Ysaiā: qđ in hominis figura superius incipit: sed inferi⁹ in pedes bestie desinit: qualem beatus Hieronymus in vita pauli heremite primi describit q̄ superius sit homo frontem asperam habēs cornibus ⁊ in caprarum pedes desinens. Asserit idem nulli esse dubium istud monstrum in oriente esse captū. ⁊ in Alexandriam missuȝ et inde mortuū: saleqȝ infusum ne a calore dissolueret̄ deportatum fuisse. Constātinopolim: vt ab imperatore iam Friderico videret̄. Nostra etate delata fuit regi Frācie bestia ad magnitudinem canis. Caput quidē nō multū distabat a capite canis. cetera corporis membra vt homo prorsus habebat. Crura quidem nuda vt homo: manusqȝ brachia: collū albuȝ ac nudum habebat. Carnibus coctis vescebat̄. Ita decenter ⁊ modeste manibus capiebat cibum ⁊ ori suo inferebat: vt nullus dubitaret in hoc qm̄ humanū modū in talib⁹ haberet. Erectū vt homo stabat: sedebat vt homo. Puellis et feminis libentissime iungebatur. Et in sexu viri ⁊ femine discretiōeȝ habebat. Genitale mēbrum vltra q̄ corporis quantitas exigebat habebat magnum: furijs igitur agitatū hoc aīal crudelissime mouebatur. ⁊ in hoīes seuiebat. Ceterȝ cum placatum esset instar hominis mitissime ⁊ decentissime se regebat: ⁊ mulcebat̄ alloquiis: ⁊ colludētibus applaudebat. ¶ Ex libro de natu. reruȝ. Pirolus est bestia parua maior quidem sed non longior q̄ mustela: colore rubea sȝ in vētre candida. Mira agilitate viget

te viget. Jn ardoꝛibus habitat. ⁊ fetus fouet Jnquiete ſe gerit: ⁊ de arboꝛe in arboꝛem ſaltu potius ꝙ volatu trāſit: ꝙuis aliquādo cauda pro pennis vtatur. Caudam enim viloſam prope ad ſui magnitudinem habet cuius ad viſum ſaltu mouetur. Et ſi quando gratia paſtus aquam tranſire cupit lignum admodum leue ſuper aquā congerit. cui ſupſidens: quaſi velū nauis: caudā ſuā erigit: ſicqȝ vento ſflāte verificās ligno trāſuehiť. Eſtate cibū ꝯgerit: quo viuat in hieme. Viuit autem nucibus et cibo q̄ dulcis eſt libenti⁹ veſcitur. Yſi. Putoꝛius a putoꝛe dict⁹ eſt: qꝛ nimiū fetet: ⁊ hoc maxime cū iraſciť. hic ſicut ⁊ taxus. Habet crura in ſiniſtro latere bꝛeuia: in dextro lōgioꝛa: ardua domoꝛum inhabitat ⁊ penetralia: gallinaꝝ ac pulloꝝ cupidiſſima eſt: talibus enīȝ viuit. Cūqȝ gallinam capit aut pullūȝ: caput in inicio petit vt hoc deuicto in ceteris ei membꝛis laboꝛare difficile non ſit.

Capitulum. cxiiii.

P Egaſus. Albertus in li. de na. animaliū. Pegaſus animal magnū eſt ⁊ hoꝛriduȝ in ethiopia. equi foꝛmaȝ habet: alas vt aquila: ſȝ multo maioꝛes: caput armatum coꝛnibus habet. adeo monſtruoſum vt eo viſo cuncta fere animantia terreat graui coꝛpoꝛe. fuga mirabili. Alarū remigio adiuti pegaſi potius currunt ꝙ pꝛouolant: ⁊ colliſo aere virtute pennaꝝ ad inſtar turbinis impellunt vētos: multas eſcas deuoꝛant. Jnquiete mouentur: infeſti ſunt animalibus: ⁊ hoc maxime homini.

Capitulum cxv.

m Usca. Actor. Musce vt fert ex immundicia nascuntur: immundis adherent: et loca immunda frequētāt. Inquiete sunt et importune et infeste pungitiue ac tumultuose. ¶ Isidor. Musca ex greco venit sicut mus. Hec sicut apes necate in aqua aliquotiens post vnius hore spacium reuiuiscunt. ¶ Aristoteles. Animalia duas alas habentia: tantum pungunt aculeo qui est interiori sui capitis vt musce et mustiliones. Cūqꝫ quodlibet anulosum habeat membrum per quod sentit cibum. Musce ac mustiliones hoc membro pungunt et sanguinem extrahunt. Musca sicut et apis non facit strepitum ac sibilum nisi volando: scilicet alas p aerem inter ipsas: et corpus cadentem extendendo et contrahendo. Musca et formica non sunt nidificantes. In hyeme coeunt si aer cōueniēs fuerit et ventus meridionalis flauerit. Nō autem separantur in coitu: nisi grauiter quedaꝫ anulosa: quia coitus in eis multum durat: vt patet in muscis et araneis. Musca habet aculeum sicut apis extra: eius natura est mollis et vacua: per ipsum gustat et sentit: ac cibum attrahit. Habet itaqꝫ dentes muscarum genus et apum: qui cum sunt similes dentibus aliorum. ¶ Ex libro de naturis rerum. Musca proteruolat: et circumuolando strepitum facit ex aere circumagitato. Inter alias rostrum habet quasi cannam concauam pedibus posterioribus alas acuit: anterioribus autem rostrum et caput lucem diligit: nec in tenebris ambulare nouit. Ad calorem se libentius confert.

Operationes

A ¶ Auicenna in quarto canone. Muscas interficit arsenicum: quando de illo ponitur aliquod in lacte et fugiunt musce. Interficit etiaꝫ eas fumus eius et fumus thuris: atqꝫ decoctio ebuli nigri.

B ¶ Haly in libro vbi supra. Musce prosunt oculorum doloribus et sui palpebrarum.

C ¶ Que si comburantur et cum melle sup alopice loca ponantur: capillos producunt.

D ¶ Plinius libro vicesimoquarto. Musce quidem necantur: si locus foliorum sambuci decoctione spergatur.

Capitulum lxxxii.

n Icedula. Isidorus. Nicedula est genus corui qui pugnat cum bubone. Coruus enim oua bubonis rapit: qa parum videt in meridie: et ea comedit: oua corui similiter de nocte.

¶ Actor. Idem dictuꝫ est supra scilicet de monedula. vnde videtur ideꝫ esse: sed forte diuersitas illa nominis pueṅit ex vitio scriptoris.

Capitulum lxxxiii.

n Isus est auis: vt habetur in libro de naturis rerum. nobilis forma et robore minor ꝙ herodius. sed vnus est color plumarum ambobus: et tamē socialiter vo

lare recusant. Nam inuidia fert ꝛ fastu: ꝛ cuꝫ spetit solus ambit honore victorie potiri: hoc quidē estimari pōt: ꝛ forte merito: sed reuera magis credibile est cū solū prede ibiare: nedū in volatu sociū habuerit. pastu quoqꝫ sodaleꝫ accipiat. Non enim dubia fides est nisum patrem sui generis dedignari. ꝛ velut alieni generis auem persequi: ꝛ hoc cōtra oīum auiuꝫ genus. Nam vt dicit Aristo. Omnis auis in volatu predam capiens parcit sui generis auib⁹. Solus ergo nisus expers est generositatis huius: ꝛ hoc cum ipso homine qui inter aīalia terrestria animali sui generis insidiari nō cessat. ℭ Alexander. Nisus ac triciolus locum eligunt in quo aues captas deplumant singulis diebus: multaqꝫ diligentia mundāt q̄diu cōpares aues incubant: quibus ꝛ eas ministrant. ℭ Actor. Est autem nisus aucupantium volucrum minima: sed pro sexu ꝛ natura sua ad aucupandum promptissima: falconum generibus adiungitur.

Capitulum lxxxiiii.

Ncticorax vel noctua. Ex li. de na. rerū. Nocticorax dr̄ noctis coruus. lucifuga enī ē: et nocte cibos querit. Nā si de die volaret a ceteris auibus spedireť. Nocte: vt vulgus opinať: mortē hominum pnūciare vr̄ vocib⁹ importunis: caput hꝫ ingens: Nec vt aues cetere formatū Rostrum hꝫ adūcum vt nisus. vngues hamatos ꝛ asperos l domiculis vt parietibus: precipueqꝫ rimosis q̄ sine tecto sunt libenter habitat: ꝛ pullos suos souet: humanis vocibus delectatur. mures ꝛ oē gen⁹ carū persequitur. ℭ Isido. Nocticorax ipsa est noctua: qꝛ noctem amat. Est enīꝫ auis lucifuga: idest lucem fugiens: ꝛ solē videre nō patitur. Noctua dr̄: eo q̄ nocte circumuolet: hāc insula cretensis non hꝫ: ꝛ si venerit aliūde statim moriť. ℭ Ambro. Noctuaqꝫ ꝛ nocticorax magnis ꝛ glaucis oculoꝝ pupillis nocturnarum tenebrarū nō sentit horrorē: ꝛ quo fuerit obscurior nox eo crebrior volatus exercet ī offensos. Die autem videre non potest: qꝛ ex orto splendore: visus eius hebetatur. Habet autem ꝛ noctua cātus suos. ℭ Glosa sup psalterium. Nocticorax est auis vigil. theter eorumus noctis: hitans in parietinis que vulgo ruine dn̄r: vbi parietes stant sine fundamēto. Est scriptū est. Factus sum sicut nocticorax in domicilio. ℭ Glosa super Leuiticū. Noctua est auis rapax de nocte.

Operationes

ℭ Pli. Huius carnes paraliticos curant. A
ℭ Idē libro. xxix. Noctua est cōtraria apib⁹ atqꝫ vespis scrabonibus ꝛ sanguisugis. B
ℭ Huius cerebrū coctū in vino vel cibo sumptū: remediū est capitis doloribus. C ℭ Idē lib. xxx. Oua quoqꝫ noctue per triduuꝫ in vino data: tedium adducunt ebriosis. D

Capitulum lxxxv.

Epas sine nepa. Alber. in lib. de natu ris aīaliū. Nepa auis est longi rostri. dorso colorē habet perdicis: in vētre nisi. rostrum autem molli luto infigit. ꝛ cibum vermium requirit: ꝛ si aliquando profundius defixo rostro hesit. pedibus lutum eruens se liberat. Hec in die quiescit: ꝛ in aurora ꝛ crepusculo

fculo volat: ⁊ ideo tunc in altum eleuatis etias rhetibus capitur: ⁊ habet carnes dulces ad comedēdū. Hac ficedulā quidā vocauerūt.

Capitulum lxxxvi.

Nocroculus. ¶ Ex libro de natu ris rerum. Onocroculus est auis que infimul multas recōdit escas ⁊ postmodum extrahit ⁊ manducat eas. ¶ Plinius. Onocroculus similitudinem coloris habet: nec distare estimaretur omnino: nisi faucibus eius inesset alterius vteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit: mira vt sit capacitas: mox perfecta rapina sensim inde in os reddita: in veram defert aluum ruminantis more: bos gellia septētrionalis proxima occeano mittit. ¶ Isidorus. Onocroculon vocāt aues rostro longo: quoꝝ duo sūt genera. ¶ Actor. Onocroculus vt legitur: auis est rostro longo: similis cigno: sed maior: porro iuxta Hieronymum: nisi fallor: est auis illa que fixo in palude rostro horrende clamat: que etiā in Esaia vocatur vlula: quasi ab vlulatu. Et dicitur in vulgari butorius: de quo dictum est supra. Que etiam de profunditate terre vel aque cibum trahere putatur. ¶ Ex libro de naturis rerū. Onocroculus est auis de partibus orietis: que cum vocē edere voluerit: caput i aqs ponit: ⁊ illic instar rugitus clamorem emittit. In faucibus quosdam habet folliculos: i quo primo cibum concipit: ⁊ post horam in ventrē suum mittit: ibiq₃ cum digerit.

Capitulum. lxxxvii.

Opimacbus. Ex lib. de natu. rerū. Opimacbus est contrarius serpētibus: ⁊ pugnat cum eis. Opis enī serpēs: macbos pugnās. ¶ Actō. Opimacbus vt in Leuitico legitur: est ex volucribus mundis f₃ legē: ex his videlicet que gradiuntur quidem super quattuor pedes: f₃ habet longiora retro crura per que saliunt supra terram. Estimo autem hunc inter volatilia minuta debere numerari sicut bruchum et locustam: que sunt eiusdem generis. sicut ibidem legitur. De attaco vero qui ibidem in eodem genere reputatur: nihil me penitus alibi legisse memini.

Capitulum lxxxviii.

Oriolus ⁊ Ortigometra. Ex li. de na. re. Oriolus est auis sic dicta a sono vocis. coloris aurei per totū, excepto φ in alis habet pennas: quadam cerulei varietate distinctas. Nidum in ramis arborū minutissimis mira subtilitate depēdit: ita vt in aere solo pendere videatur de terra cernētibꝰ. Ipsa quoqꝫ nidum ab imbre camerat: ac densa frōde protegit. ¶ Ysid. Ortigometra dicitur φ gregem cucurnicū ducit. Unde de hac dictū est superius in capitulo de cucurnice.

¶ Plinius li. x. Cucurnices aquilone volant maxime ortigometra duce. primam earum ꝓpinquantem terre rapit accipiter: ac sepe hinc comitatum solicitant abeuntqꝫ.

Capitulum lxxxix.

Ossyna ⁊ Ossifrago. Ex li. de na. rex. Ossyna est auis magna vt cignus: fluuios ac piscinas inhabitans. rostrū habet magnum: ⁊ gutture vsqꝫ ad pectus instar sacculi: receptaculum longum ⁊ amplū: in quo magnam simul reponit copiam piscium: vt scꝫ in tāta mole diffusa; natura nō egeat: paulatimqꝫ digestis in ventre cibis inueniat paratum qđ prebeat. Nunquā aues huiusmodi nisi in aqua diffusiori ⁊ piscibus abundanti habitāt: quia citissime paruam aquam: ⁊ si piscibus copiosā ingluuie sue vacuāt. ¶ Isido. Ossifragus vulgo appellatur auis q̄ ossa ab alto dimittit ⁊ frāgit: vnde ⁊ hoc nomen accepit. ¶ Plinius li. x. Alieti quidem suum genus non habent: sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur. Id autem quod ex alietis natum est ossifragi genus habet. Ex quibus minores vultures pro generantur. pullos autem ab aquila deiectos ossifragi genus excipiunt: ⁊ cum suis educant.

Operationes.

¶ Idem in li. xxx. Ossifragi venter arefactus ⁊ potus cōfert his qui cibos non vigerūt. Uel si tm̄ manu teneant capientes cibū: cōfert ad alligatus sed non continue. vnum autem est. Ossifrago intestinum omnia deuorata conficiens: cuius extrema pars ad alligata ꝓdest cōtra collum. A

Capitulum xc.

Otbus. Plinius li. x. Otbus est auis bubone minor. noctuis maior. Aureis plumis eminentibus. vnde ⁊ nomē illi. Quidam latini asyonem vocant. imitatrix aliarum auium: ac parasita ⁊ quodam genere saltatrix capitur haud difficulter vt noctue intenta in alio circumeunte alio: φ si ventus agmen aduerso flatu ceperit inbibere pondusculis lapidum apprehensis: aut gutture harena repleto stabilitate volant. ¶ Idem in li. xi. Itaqꝫ buboni ⁊ otbo plume sunt velut auree. ¶ Aristo. Deniqꝫ quidam otbum vocant bubonem. deprehenditur autem quando venator incipit se mouere ad oppositam partem. ¶ Ex li. de na. rerū. Otbus est auis q̄ vulgariter huās dr̄ a sono vocis. nocte nāqꝫ bu bu horrifice clamat. improprie voce humanā simulās. Itaqꝫ vt hominē ↄtractū frigore clamare credas: sed terras spaciales habet: in quibꝰ huiōi

voces

voces profert. In ceteris autem vt in plurimũ muta est. Hec auis bubone minor est: nocua maior. aduncum habet rostrũ ac pedes: ⁊ eminentibus plumis habere videtur aures: preda viuit. carnibus vescitur. mures persequitur: ⁊ ab auibus ceteris odio habetur.

Capitulum xci.

Na. Almansor tractatu tertio capi. o de ouis. Oua galline ⁊ perdicis plus aliis conuenientiã. Post hec oua anatis in bonitate existunt: q̃uis malũ efficiant nutrimentum. Alia vero oua sicut oua que sunt paruarum auium aut magnaruʒ comedenda non sũt nisi medicine causa. Dico vero ouorũ prius dicta genera galline dicet atqʒ perdicis sperma valde augmentant: atqʒ ad coitum stimulando incitant. Anserũ aũt oua fastidiu faciũt grauem habentia odorem: sed galline et perdicis oua temperata sũt ⁊ cõuenientia. Vitellus quo oui in caliditate temperatus existẽs bene nutrit. Albumen vero frigidũ est ⁊ viscosum dureqʒ digerit. Sãguis etiam ex eo generatus non est bonus.

Operationes

A ¶ Sera. Que eligimus sunt oua gallinarum non ergo oportet vt ꝙ narremus aliorũ ouorũ virtutem: quia eorum natura est eadem cũ natura illorum.

B ¶ Et cõplexio quidẽ oui est frigidior corpe tẽperato. Nã infrigidat infrigatione tẽperata ⁊ desiccat sine mordicatõe. Et oportet ꝙ administret ex eis illa que sũt recentia: q2 vetera nõ sunt bona. Albugo qdeʒ oui administratur in doloribus omnibus in qbus est necessaria medicina q̃ nõ mordicet: sicut sũt dolores oculorum: ⁊ apostemata ani ⁊ pectinis: ⁊ oĩa vlcera fraudulẽta mala: ⁊ cũ medicinis q̃ abscindũt sanguinem qui fluit a miringis cerebri.

¶ Et qñ ibibit in eo lana ⁊ ponit sup cõbustione ignis aut aq̃ bulliẽtis cõfert multũ. Et est bonũ emplastris q ponitur sup frõtẽ: ⁊ fac ad herere pilos: quoꝝ ortus nõ ẽ directus in palpebris: postq̃ miscet ei medicina cõueniẽs ad hoc sicut olibanũ: ⁊ maxĩe pingue ex eo qđ nõ est antiquũ atqʒ nimis siccum. C

¶ Et iuuamẽtũ est in hoc nõ ꝓp cõplexionẽ q̃ est in eo sed ꝓp viscositatẽ. Vitelli vo ouoꝝ substãtia silis est substãtie albuminis. D

¶ Et ꝓpter hãc causam miscet cũ cerotis q̃ nõ hñt mordicationẽ: post q̃ fuerit elixatũ aut assatũ. Parũ enĩʒ assatũ desiccat supfluitates paucas. Et nos qdẽ estimauimus ꝙ h qđ acqrit ex hac vtute egressũ est a sua cõplexiõe. E

¶ Et miscet silr in emplastris que prohibent apostemata calida. F

¶ Rabbi Moyses cap. de ouis. Oua in se recẽtia sunt cib9 ꝓpingor sanguini: sʒ oua dura assata sũt ex cibis grossis viscosis. G

¶ Et oua iuuãt ad coitũ ⁊ maxime cum cepis ⁊ rapis. H

¶ Galien9 sup illo amphorisino. Eoꝝ q̃ nutriũt: oua nutriũt paruʒ ⁊ tarde: ⁊ maxime in aqua cocta: ⁊ oua sũt grossus cibus sicut ius tritici ⁊ pisces. vitella eoꝝ cũ oleo rosato ⁊ croco remouent dolorẽ podagricorum: ⁊ si multũ doluerint misceat modicũ opij ⁊ iungant. I

¶ Contra incendium ignis fiat vnguentum satis probatum ex vitellis ouorum recentium oleo rosato: cera alba ⁊ sepo arietino. K

¶ Et idẽ valet succ9 plãtaginis cũ albumine ouoꝝ recẽtiũ ⁊ succo cucurbite. Albumẽ oui cũ vitello i vrinali positũ alicui9 suspecti q quouismodo sũpsit venenũ iteru9: infra certas horas illđ patefacit vbi sit: qm̃ si sit vltra gibum epatis. s. i venis vl venis vrinalib9 nigrescit et fetet. L

¶ Si vo sit citra ꝯcauũ ei9 vt i orobo vel in testiculis alijs rugat ⁊ citrinescit: sʒ nõ fetet. Hoc reperi in margine cuiusdam serapionis apud capitulũ de vrina: ideo hoc etiã h addo. M

¶ Auicenna libro. ij. ca. de ouis. Melior ex eis sunt oua galline recentia. Et melius quod est in eis est vitellus. N

¶ Et melius eorum artificium est vt non cuʒ alio congelentur. Post oua auteʒ galline sũt oua auium que cursu earum procedunt. O

¶ Oua vo anatis ⁊ silia sunt mali humoris: oua sunt ad equalitatẽ tẽdẽtia: sʒ ipsoꝝ albumẽ ad frigiditatẽ: ⁊ vitellus ad caliditatem. P

Q ¶ Amplius omnia oua precipue oua passerū augmentum faciunt in coitu. ¶ Et dicitur
R ꝙ oua anseris miscentur cū oleo: ꝛ distillatur tepida in matricem prouocat menstrua post qua
S tuor dies. ¶ Et idem in libro de viribus cordis dicit ꝙ confortat cor.

Capitulum. xcii.

Asser. Ysi. Passeres sūt minuta volatilia a paruitate vocata. Oua passeris in nido reperta cuculli comedūt ꝛ sua obiiciūt. ꝛ post illa suscepta fouent ꝛ nutriunt. Ex li. de na. rerū. Passer i tectis babitat gregatim ad pastū volat omnib⁹ auibus calidior est. cito digerit quicquid glutit. vñ corp⁹ eius nequaꝗ cibo sumpto impinguat: sꝫ tm̄ sustentat. Stercus etiā eius calidissimū est quando emittit. Supra modū quoqꝫ luxuriosus est ꝛ in furorem citius cōcitatus: sꝫ nulla mora discordie. Dicit Aristo. ꝙ mas tm̄ vno anno viuit: femina vero diutius: quod de passerib⁹ orientis credimus. Nāꝫ ꝛ illa nigredo de qua dicit ꝙ est in collo masculi: non est in eis qui sunt apud nos: scilicet in europa. Etas passeris apparet in rostro: qꝛ iuuenis babet illud tenerūꝫ ꝛ circa fauces croceū. Senex vero durum ꝛ nigrū. In quibusdā orbis partibus morbum caducū bec auis patit. Et boc vt Aristo. credit quia semen iusquiami comedit. Huius pulli cū euolare debent: vicini passeres cū eorū parētibus conatus ipsorū euolātiū comittantur vt imbecilles si necesse sit pluriū cōstipatione confortentur. Aristo. Passer babet vocēꝫ sibi appropriatam: sicut ꝛ turtur. Pascitur autēꝫ et vermibus sicut ꝛ alie multe consimiles auicule. Glosa sup psal. cxxiiii. Passer aliquo strepitū magnū faciente volat: ne laqueo venantium capiatur: vnde. Anima inquit nostra sicut passer ꝛc̄. ¶ Actor. Passer est auicula valde circūspecta in tectis babitat ꝛ in altis locis in petre foramine nidificat. Mas nigredinēꝫ bꝫ circa os. femina vero albedinem. Fertur autē bec auis muscas venari: ꝛ morbū caducū pati.

Operationes

¶ Auicen. Passeres omnes male carnis sunt ꝛ omnia quidem oua: sed precipue oua passerum in coitu faciunt augmentum. A

¶ Rasi. Caro passeris calidissima est ꝛ luxuriam cōmouet. B

¶ Plinius libro. xxx. Cinis passerum sarmentis crementorum duobus coclearibus in aqua mulsa regio morbo resistit. C

¶ Ex li. de na. re. Passer: vt dictum est: omnibus auibus calidior. vnde caro eius stiptica est: ꝛ sanguis incētiua. Stercus eius: vt dictū est: calidissimum est quando emittitur: sed citissime infrigidatur. D

¶ Haly. Oua passerū augent venerēꝫ. Fim⁹ eius a lentigine purgat faciem: quod si cuꝫ bominis sputo distemperetur. eo ꝙ varices cataplasmentur extirpantur. E

Capitulum. xciii.

Auo. Ex libro de naturis rerūꝫ. Pauo est auis pulcberrima: ꝛ pulcbritudinis amica. Collum babet longū et extentum colore sapbirinū: ꝛ pect⁹ similiter. In capite vero plumas desuper instar corone: vel potius criste. caudam quoqꝫ longā ꝛ occultaꝫ quam

quā cū laudaſ extēdat: ſi pedū deformitatē viderit: mox deponit. Sȝ ⁊ ſi a tacito ſpecteſ: pēnas oēs qȝ ſpectari gaudet ɜctis oculis abſcōdit a crimatu fūdere colores gēmātes icipit: ⁊ tūc parit. Itē nocte cū euigilauerit: ſeqȝ l tenebris ɔſtitutū ītueri nō pōt. clamās pauide ſuā pulchritudinē amiſiſſe ſe credit. Idē clamore ſuo ſerpētes deterret: ⁊ oīa aīalia venenata depellit: ne de facili ꝓpe bitare audēt: vbi vox illius freqnter auditur. Pauo qñ alte aſcēdit pluuie ſignuȝ ē. Ariſto. Pauo pullificat poſt triēniuȝ ſemel in anno. ponēs ⁊ cubās oua. xij. tm̄ vel minus. Mas coit cū feīa ſua etiā ſuper qua cubāte: ⁊ plerūqȝ frāguntſ. Ideoqȝ ponūtur aliqñ ſub gallina ad cubandū. Ponunſ āt oua duo ibi: quia non poſſunt ab illis plus extrahere. Pauonis femina prima vice qua pullificat oua octo: ⁊ qñqȝ facit oua venti. Et poſtꝙ poſuerit vnū ouū ſtat duobus dieb⁹ aut tribus: ⁊ deinde ponit ſecūdū. ¶ Palladius. Pauones ab ydib⁹ februarijs calere icipiūt. faba leuiter torrefacta in libidinē ꝓuocātur: ſi eis quolibet quinto die tepida prebeaſ. Cupidinē quoqȝ coeundi maſculus cōfiteſ. quotiens circa ſe amictū caude gēmātis icuruat. ⁊ ſingularū capita occultata pennaꝝ locis ſuis erexerit cū ſtridore ꝓcurrēs. Phiſiolog⁹. ¶ Pauo ſue cōparis oua diſſipat ⁊ cōſumit. ſi ad illa etiā accedere poſſit. Eſt eniȝ inuidus teſte Ariſtotele: prolem quoqȝ propriam non dignatur agnoſcere: anteꝙ in criſtam ſibi ſimilem ipſam veniſſe proſpexerit.

Operationes

A ¶ Dyaſcorides. Pauōis fel magne virtutis eſt euiſdē ſcȝ cuius ⁊ perdices: vel alibi capo-
B nis ⁊ ſcorpij marini. ¶ Ad effuſiōes oculoruȝ valet ⁊ ad caliginē aſpredinemqȝ palpebraꝝ.
C ¶ Hieronym⁹. Fimus quoqȝ pauonis feruo-
D rem podagre dicitur mitigare. ¶ Phiſicus. Caro pauonis diu reluctatur putrefactioni:
E ⁊ inobedientiſſima eſt digeſtioni. ¶ Iſidorus Pauonis itaqȝ caro tam dura vt putredinē vix ſentiat: nec facile coquatur.

Capitulum xciiii.

p Palumb⁹. Ariſt. Palūbe ſūt aues q naturalr ſeſe diligūt: pugnāt tn̄ ɜ ſe ꝓ nidis: eoſqȝ ſibi inuicē auferūt. Hi ſicut ⁊ turtures in anno bis ouant binoſqȝ pullificant. Hanc quoqȝ cōtinentiā ſeruant: ꝙ ſi parē ſuū amiſerit: vlterius nō coit. extra nidum ſtercus eijciunt: ⁊ cū eorum pulli

creuerint: ad hoc ipſum eos erudiunt: vt videlicet ⁊ ipſe eijciant. Eſt autem palumbus minor columba: nec domeſticatur vt colūba. Color eius ad nigredinem declinat. Pedes eius rubei ⁊ aſperi. Viuunt autem ex fructu ſicut ⁊ turtur: ⁊ palumbus ſemper apparet. turtur āt non. Huius generis femine non diligunt coitum. Iſido. Palumba eſt columba ſiluana videlicet auis caſta ex moribus appellata. eſt enī comes caſtitatis: cum amiſſo corporali conſortio ſolitaria incedat. nec carnalem vltra copulam requirat. Ex li. de na. re. Palumbi femina incipit oua cubare a medio die vſqȝ ad mane mas vero reſiduo tempore. Mas palumbarum ſugit terram ſalſam ⁊ humidam: ac ponit in os pulli: vt aſſueſcat cibo. Palumbes amiſſo corporali conſortio: viride quicꝙ i quo requieſcat petit: nec carnalem copulam vltra requirit.

Operationes

¶ Plini⁹ li. xxix. Palumbinus ſanguis exi- A
mie prodeſt oculis cruore ſuffuſis.
¶ Idē in li. xxx. Palūbi caro decocta in ace- B
to diſſintericis ac ciliacis medetur.
¶ Fim⁹ palūbin⁹ in faba ſumiſ contra calcu- C
los: ⁊ alias veſice difficultates. ¶ Silr cinis D
plumarū palūbiū ferarū ex aceto mulſo.
¶ Dyaſ. Fim⁹ palūbinus calidus ⁊ cauſtic⁹ E
cū aceto tritus ⁊ īpoſit⁹ ſcrofas curat: ⁊ carbū
culos rūpit ¶ Mixto vero melle ac ſemine li- F
ni ⁊ oleo vt cataplaſma adhibitus cōbuſtionibus medeſ: maxime vero fūgos venenatos bi-
bentibus preſidium eſt. ¶ In melius facies: ſi G
cum vino ⁊ aceto bibatur.

Capitulum. xcv.

p Latea ⁊ pluuialis. Pli.li.x. Platea est auis que ad aues in mari ꝓ pda se mergētes aduolat. eorūq3 capita mor su corripit: donec capturam extorqueat eades cum se cōchis implcuit. calore vētris coctas euomit: atq3 ita ex his esculenta excreans testas legit. ¶ Ex li. de na. re. Pluuialis est auis prope ad magnitudinē perdicis variis pennis ornata: crocco ⁊ albo nigroq3 distincta. aere solo viuere dr. Huius argumētum est q̄ licet pinguescat nihil tñ vnquā in eius visceribus inueniri potest. Baculos plūbatos habent aucupes quos altius in aere iactantes: retia super terram tendunt: ac fugitantes capiunt.

Capitulū xcvi.

p Apiliones. Isi. Papiliones auicule sūt q̄ maxime florētib⁹ maluis habitādāt quoq3 stercore suo vermiculos nasci faciūt. Ex li. de na. re. Papiliōes sūt vermes volātes: q̄ maxime florib⁹ initunt ex eis cibos capiunt. post augustū coeūt: ⁊ masculo moriente post coitū femina edit oua: quib⁹ editis moritur. que vō p hyemē durāt: ⁊ i estate vermes fa ciūt: q calore solis ac nocturno rore inualescentes. alas cōcipiūt euolātes. Palladius lib. v. Papiliones qm̄ apib⁹ obsunt. mēse aprili necandi sūt. Tūc enī maxime abundāt florētib⁹ maluis: quos hoc gñe intercipiemus. vas eneum miliario simile. i. altū ⁊ augustū. vespere inter aluearia collocemus. ⁊ in fundo eius ponam⁹ lumen accensum. illuc ⁊ papiliones cōuenient: ⁊ circa lumen volutabuntur: ⁊ angusta vasculi ab igne proximo interire cogentur.

Capitulum xcvii.

p Ellicanus Isi. Pellicanus est auis egyptia habitans i solitudine nili fluminis. Vñ ⁊ nomē sūpsit. Naz canapos egyptus dr. Fert eā occidere natos suos eosq3 p triduū lugere. deinde seipsaz vulnerare: ⁊ aspsiōe sanguis sui filios viuificare. Phisio. Pellican⁹ amator ē filioꝝ nimis. q cū ceperit crescere: ꝑcutiūt parētes in faciē. At illi irati repercutiunt eos ⁊ occidunt: ⁊ p triduū lugent. Tertia die mater eoꝝ ꝑcutiēs costam suam ⁊ aperiens latus suum. incūbit sup pullos ⁊ effundens sanguinē suū super corpora eorū suscitat eos a morte. Ex li. de naturis rerū.

Pellicanus dicit quasi pellem habens canaz idest plumas albas. In egypto circa nilum habitat: et lacte cocodrilli viuit. qd vtiqz bestia p nimia mamillarum habundantia in aliquo palustri loco in magna quātitate eiicit. vnde et cocodrillū libēter pellicanus sequitur. Hec auis macie semp afficit: et quicqd glutit cito digerit quid venter eius nullū habet diuerticulū quo teneat cibum. solū enim visceris habet ductuz qui ab introitu oris vsqz ad secreta nature ptigit. Pullos suos sanguie lateris sui viuificat cum eos propter importunitatem suaz occiderit: vel a serpente qui eis insidiatur interēptos inuenerit. Post sanguinis autem effusionem adeo debilitatur vt exire de nido non valeat: sed eius pulli pro cibatione eius et sua exire cō pelluntur. Quidam tamen coruz segnes exire nolunt et pereunt. quidam autem seipsos qdez pascunt: sed matrem penitus negligunt qz cū illa post conualentiaz viderit: pios filios nutrit impios autem abiicit et contemnit.

Capitulum xcviii.

Erdix. Ex lib. de na. re. Perdix est
p anis dolosa et luxuriosa. masculis pro feminis dimicantibus victi calcant a victoribus coitu. De nocte cōuersis posterioribus pdices sedēt. et libidinis tpe linguis adinuicē extēsis p desiderio coitus estuant. Actor. Perdix ppe terrā volat que cuz in multis sit astuta i hoc df esse fatua: qz sicubi possit caput abscōdere: credat se totū latere: et cū ipsa nemini nem videat: putat quoqz neminē se videre. In hoc quoqz qz alienos pullos fouet et nutrit: cuz eos citius amissura sit. Vn̄ pphā Hieremias de illa in parabola dicit. Perdix fouet q̄ non peperit. fecit diuitias et nō in iudicio. In dimidio diez suoz derelinquet eas. et in nouissimo erit insipiens. Phisio. Perdix oua pdit: sed eius mos est ouorū pditorū dāna resartire: alterius mris oua surripiēdo. Amb. Perdix ē auis astuta que alterius pdicis oua diripit corpore suo fouet: sed fraudis sue fructuz habere non pōt: qz pullos suos eduxerit: eos amittit. Ubi enī voces illius audierint q̄ oua generauit: relicta ea ad illā se naturali quodā munere et amore cōferunt quā verā sibi matrem cognoscūt. Aristo. Perdix si fuerit ppe marem et flauerit ventus īpregnat. In coitu facit odorem fetidum. Ad modū vero galline sup oua cubat et sup pullos: et colligit eos sub alis. Itē in libro de natu. rerū. Perdicū mater volat ī circuitu venatorū quousqz pulli fugiāt. et post fugā eoz fugit ipa: tūcqz vocat eos secura etc.

Operationes

Isido. Perdicū carnes pre ceteris auib' sil- A
uestribus sanissime sunt. Huius auis pect' B
cum superioribus est valde sapidum: inferior
vero pars non ita. Perdix testante. Pli- C
nio non pinguescit. Fel eius cuz melle equo D
pondere prodest ad oculorum claritatem.
Dyas. Fel perdicis eiusdem virtutis est: cu- E
ius et pauonis vnde valent ad effusionem oculorum et ad caliginē asperdinēqz palpebraz.
Haly. Epar quoqz perdicis siccatum dili- F
genter tritum ac bibitum epilentie prodest.
Plinius li. xxx. Ius perdicum recreat sto- G
machum: morbo etiam regio resistit.

Capitulum xcix.

Ica. Isido. Pica dr̃ quasi poetica: eo q̄ verba in discrimine vocis vt homo exprimat. ¶ Ex libro de natu. rerum. Pica ē auis calidissima alba ⁊ nigra varietate distincta. linguā habens latiorem: qua sermonem imitatur humanū. Nidum suū inter loca spinosa constituit. eūqȝ terra interius ⁊ spinis exterius in circuitu subtus ac desuper diligentissime sepit ac munit. artissimum enim tantum foramen per quod ingrediatur in latere relinquit. ⁊ hoc eo loco quo nidus inaccessibilior est. quem cum ab homine visum senserit oua transfert alia cōmoditate digitorum iuuante. Phisiologus. Pica garrula breuitatem alarum causa longiore recompēsat nidū suum cum duobus foraminibus construit: per quorum vnum intrat: ⁊ alteram caudaȝ emittit. In hoc autem cōmendabilis: q̄ curia vel orta in quo nidificat prospicit: multo clamore prodit. ita vt a proposito reuocentur infelici.

Operationes

A ¶ Ex libro de naturis rerum. Carnes pullorum eius ad acumen oculorum mandi dicuntur. qui tamen nisi prius excoriati fuerint: facile coctioni non cedunt.

Capitulum. .c.

Icus. Isidor⁹. Picus a saturni filio nomen sumpsit: qui eo in auspiciis vtebatur. Ferunt enim hanc aueȝ quodam habere diuinū illo indicio: q̄ in quacūqȝ arbore nidificauerit: clauum vel quicquid aliud fixum est: herere diu non potest: quin statiȝ excidat vbi illa insederit. ¶ Ex libro de naturis rerū. Picus martius est auis parua: adūcos vngues habens: ⁊ arbores rostro penetrās cunqȝ supinus corticem arboris percutit: subesse pabulum intelligit: pullos in arboribus ca uis educat. ¶ In quos cum sagittam vel aliud tale quis miserit. Picus admota quadam herba statim eucit quantalibet ingestū sit. Ex eorum genere plures nigri sunt vt merula. crocei vt orioli. Sed illi speciosiores ac maiores q̄ sunt in vertice ruffi: in pectore crocei circa collum virides: in alis cerulei: in cauda eborusci. Picus in agro tarentino negat̄ viuere. Huic proprium est semel in anno caluescere: eo scilicet tempore quo rapa seminatur. De hac aue quidam videtur versū dixisse. Parua loquar volucris: dominum te voce saluto. Si me non videas: esse negabis auem.

Capitulum. ci.

Iralis. Pli. lib. xi. Piralis siue pirotes vel pirausta est musca maioris magnitudinis: ⁊ quem cyprearius fornacibus ex medio igni volat pennatū quadrupes. q̄diu est in igne viuit. cū euaserit longiore paulo volatu tunc emoritur. Ex libro de naturis rerum. In cipri partibus est muscarum genus quadrupes que pennate sunt: ⁊ multo maiores q̄ nostre. ⁊ pirole dicunt: qm̄ in fornacibus e medio ignium volant impune: ⁊ quideȝ mirabile est q̄ quādiu in igne sunt viuūt: cū āt extra volauerint: paulo longius moriuntur.

Capitulum

Capitulum cii.

p Sitacus. Isi. Psitac⁹ in Indie littoribus gignit̃: colore viridi: torque puniceo: grãdi lingua: ⁊ ceteris auib⁹ latiore: vñ ⁊ articulata v̄ba exp̄mit: ita vt si eã nõ videris hoīez locutũ putes. Ex natura aũt salutat dicẽs. aue vel kere. Cetera noīa īstitutione discit hinc ⁊ illõ. Psitac⁹ a vobis alioꝝ nomina discã. Hoc didici p me dicere cesar aue. ¶ Soli. Sola india psitacũ auẽ mittit: cui rostri tãta duricia ẽ vt cũ e sublimi p̄cipitat̃ ī saxũ nisu se oris excipiat. ¶ Ex li. de na. re. Psitac⁹ aq̃s alias quocũq₃ mõ patit̃ s₃ pluuia morit̃. Idcirco ī mõtib⁹ gelboe nidificare fert̃: q̄a raro vł nũq̄ ibi pluit. Caudã suã sũmo studio custodit: pẽnasq₃ rostro suo freq̄nti⁹ extergit. Auis est luxuriosa nimiũ: bibitq₃ libẽter vinũ semetipsã pede cibat: ⁊ illo ori suo defert escas sicͨ hõ manu. ¶ Phisiolog⁹. Psitac⁹ q̄ vulgo papa gabio: idest p̄ncipalis seu nobilis gabyo dr̃: eo as siue īdicas hitat oras. Montẽ quoq₃ gelboe libenter inhabitat, p̄pter eius siccitatẽ q̄ multa humiditate supabũdãte in cute moritur. aliq̃n talũ filius ẽ obelo ⁊ falcõi. Virides hñs plumas: pect⁹ rotũdũ. rostrũ aduncũ. tante fortitudinis vt caueã suã vi ex v̄gis ferreis frangat: hoīs vocẽ imitat̃. Mire quoq₃ caliditatis ẽ ierficcãdo risũ. Hoīes etiã osculari domesticos cõsueuit: admoto speculo propria forma deludit̃: ⁊ nũc gaudẽti: nunc dolenti similis efficitur. In aspectu quoq₃ virgineo multum delectatur: ⁊ cum vino inebriatur.

Capitulum ciii.

p Orphirio. Isi. Porphirio ẽ auis ꝯtra modũ aliaꝝ vnũ pedẽ hñs latũ ad natãdũ: aliũ v̄o fissũ ad ambulãdũ. In quo notat̃ q̄ vtroq₃ elemẽto gaudet: ⁊ in aq̄ natãs vt anates: ⁊ ī terra ãbulãs vt p̄dices. Hic sol⁹ p̄ter psitacũ pede suo īstar man⁹ aquã suscipiens ad rostrũ defert ⁊ potat: seq₃ hũano mõ cibat: q̄ cũ oi cibo ⁊ cũ solo morsu op₃ vt bibat. Virtutẽ. n. appetit⁹ h₃ debilẽ naturalr̃ ī attrahẽdo cibũ ⁊ sibi īcorporãdo. Hui⁹ gñis laudatissimi sũt: q̄ rostrũ hñt magnũ ⁊ crura p̄lõga. ¶ Actor. Porphirio vt fert̃ idẽ ẽ q̄ pellican⁹ Vñ ī Deutro. vbi s₃ Hieronymi trãslationẽ īter aues īmũdas porphirio comedi p̄hibet̃. Iuxta septuagita īterp̄tes pellican⁹ ponit̃.

Capitulum ciiii.

r

Egulus. Ex lib. de naturis rerũ. Regulus qui ꝛ parra q̃ſi auis parua dicitur multa eſt in prole ꝛ garritu. Condixerant aliquando aues inter ſe: ſicut fabula refert: vt illa pro rege haberetur que ſublimi volatu omnes alias vinceret. Cũq3 parra ſub aquile aſcella latitante. Aquila oẽs alias aues ceteras tranſcenderet exiliens parra ſe ſedit aquile capiti ꝛ inde ſe eſſe victricez aſſeruit.

Capitulum cv.

f

Crabrones. Yſid. Scrabrones a cabo id caballo vocati ſunt: eo ꝙ ex eis crecuntur. Sicut autez ſcrabrones naſcuntur de carnibus equorum putridis: ita ex eis iterum ſepe naſcuntur ſcarabei vnde cognominati ſunt. Ex li. de naturis rerũ. Scrabronũ celle ſexangulares ſunt: cetere vero cortice a raneoſe. ¶ Liber de naturis alligat ibi Pliniũ. cuius vera littera eſt. Cetera autẽ cortice. Nam a principio ſic continuat. Veſpe in ſublimi e luto nidos faciunt: ꝛ in his ceras ſcrabrones in cauernis ac ſub terra. Et horũ omnium ſex angule celle cetera autẽ cortice. Araneis fetus ꝛ ipſe inequalis eſt: alius in vermiculo. Et autumno tamen verno omnia hec carnes veſcuntur. in plenilunio creſcunt. hyeme reconduntur. Autores dicunt interfici puerũ binum ter nouenis pũcturis ſcrabronũ. Scrabrones ac veſpe nequaꝗ̄ reges ſicut apes habente: ꝛ ideo periculis plurimis ſubiacent. horridos ſonos ac murmura depromunt. Et hec magis in calidis locis. Horũ mella ſunt humanis vſibus inutilia. Que qui rapere voluerit: ſtulto piculoſe ſubdit. nã coꝝ aculeis iaculaꝛ.

Capitulum cvi.



f

Carabei. Yſid. Scarabei dicũtur eo ꝙ de carnibus equorum putridis ſepe naſcuntur. Thauri vero vocantur ſcarabei terreſtres ricino ſimiles. Cicendula quoq3 ſcarabeoꝝ genus eſt vt dictum eſt. ¶ Plini⁹ li. xi. Quibuſdam in ſectis pẽnarũ tutele cruſta ſuperuenit vt ſcarabeis: quoꝝ penna tenuior atq3 fragilior exiſtit. his negat⁹ eſt aculeus: ſed in quodã coꝝ genere grandi cornua prelonga biſulcis detenta forficib⁹ in acumine cũ libuerit a morſum coeuntib⁹. Infantum remediis ex ceruice ſuſpenduntꝛ. hos Egidius vocat lucanos. Aliud coꝝ eſt genus qui e fimo ingẽtes pilis auerſis pedibus volitant: paruoſq3 in his contra rigorem hyemis fetus ſui vermiculos nidulantur. Alii magno cum murmure vel mugitu volitant ꝛc̃.

Operationes.

¶ Plinius libro. xviii. Menſtruoſa mulier ſi A
ſegetẽ ambiat nudata ſcarabei decidunt ꝛ ani
malia noxia. ¶ Idem libro. xxx. Viridis ſca- B
rabei natura cõtuentiũ exacuit viſuz: ideoq3
continuo eo ſculptores gemmarũ acquieſcũt.
¶ Thauri vt dictũ eſt vocãtur ſcarabei terre- C
ſtres ricino ſimiles. nomen eis dedere cornicu-
la. Alii pediculos terre vocãt: qui ſtrumis im-
poſiti conferunt. ¶ Auicenna. Oleum in quo D
fricatur ſcarabeus valet ad dolorẽ auris in ea
effuſuz. ſimiliter ꝛ corpus eius optime cõtritũ.

Capitulũ.

Capitulum cvii.

f Cinifes. Isi. Scinifes sūt musce minutissime aculeis pmolestę: qb' tertia plaga supbus egyptioꝝ pplꝰs est cesus. ℭ Origenes sup Exodū. Hoc aīal pēnis suspēdit: per aera volitās: sed ita subtile ⁊ minutū: vt oculi visuȝ nisi acute cernentis effugiat. Corpus cui īsederit acerbissimo stimulo terebrat: vt quā volātē, videre qs nō valet: sentiat stimulātē. Glosa sup eodē. Scinifes nati sūt in terra egypti de limo musce. s. minutissime ⁊ ingetissime inordinate volātes: atqȝ ī ocl'os ruētes hoīum: requiē auferūt ⁊ dū abigūt redeunt. ℭ Ex li. de na. re. Scinifes sunt ꝯ̄mes minuti volātes. q pecudū anhelitū sequūtur ⁊ hoīes maxīe. Pūgunt āt aculeis dormiētes acri satis dolore p posse. Vñ ī locis vbi abūdat eaꝝ ꝓteruitas: hoīes delicati circa lectos suos rhetia sua tam subtiliter laqueant vt per hec scinifes ad nocendum transire non valeant.

Operationes.

ℭ Gelbertus in li. de sensibus. Extende pilā azuchi equi supra portā dom': nō ingredient domū illā scinifes dum stat in ea pilus.

Capitulum cviii.

f Trix Selentides ⁊ strophilos. Alb. in li. de na. aīal. inquit. Strix est auis nocturna. d' qua Lucan' meminit dicēs: ꝙ tepidus bubo ꝙ strix nocturna ꝗrunt. Hec auis a vulgo ama ab amādo vocat: eo ꝙ pullos amat. Et sic dr ꝙ sola īter aues pullis humorē lacteum instillat. ℭ Actor. Hoc nomen strix equiuocū est ad auem illā. s. selentide. de qua iam dicet: ⁊ ad bestiā herina consimilem. ℭ Pli. li. x. Selentides aues vocant quaruȝ aduentum p̄cibus īpetrant incole casini montis fruges corū locustis vastantibus: nec vnde veniāt: quove abeāt cōpertū est illis nūq̄ conspectis nisi cū eaꝝ p̄sidio indigetur. ℭ Actor. Idē inferius de zelentide: iuxta li. de nat. reꝝ dicet. Ex quo viciū scriptoris ex altera pte eē videt. ℭ Solin'. Strophilos est auis paruula. que dū escas affectat os cocodrilli paulatiȝ scalpit: ac sensum scalburigine blādiēte aditū sibi vsqȝ in fauces eius facit. Qd' conspicatus ychneomon beluam penetrat. popolatis visceribus erosa ex aluo exit.

Capitulum cix.

Strutio. Actor. Strutio aliqñ quidem alas erigit: sed volare neqt: est.n. igens corpe: rara i plumis: hȝ āt alas sices he rodij ⁊ accipitris. Ferrū vo comedit. ❡ Aris. De strutiõe est opinio: ꝙ nõ sit de gñe auium ꝑpter diuersitatē sue creatiõis: partiȝ.n. quadrupedib⁹ assimilaᵣ: ptiȝ auib⁹. Nõ hẽt alas sed figuras alaꝝ ꝗ volatui nõ cõueniūt: qꝛ nõ sūt tenues vt pili: sed sicut ꝗdrupedes hȝ palpebras supiores ⁊ in eis pilos. Hȝ iteꝝ plumā multā i isferiori parte corporis: ⁊ duos pedes: vt auis: sed vngulā fissam vt quadrupes. Est enim magni corporis: cū auiū corpora necesse sit esse parua: aliogn volare nõ pñt. Tres hẽt digitis in vtroqȝ pede ꝑpter alas ⁊ ꝑpter põdus. Cūqȝ sit põderosi corpis: ⁊ nõ boni volatus: multā hȝ supfluitatē: multūqȝ coit. sicut ⁊ gallina ⁊ perdix. ❡ Ex li. de na. re. Strutio est auis pene bestialis generis. Habet eniȝ pēnas: sed nunꝗ̄ vtitur eis in volatu. Alas hẽt tenoes ⁊ plumas velut pilos. In eundo alas erigit adeoqȝ in terra currit vt equos celeritate pcedat. Habet aūt vngulas bisulcos ad cõprehendos lapides quos emittit i fuga cõtra insequẽtes. Ferrū comedit ⁊ digerit: qꝛ calidissime nature est: ⁊ equū naturaliter odit: et miro modo psequiᵣ. Equus etiam illā intantum odit ac retinet ꝙ eā videre non audet. Of ficulū paruuȝ sub alis habet: quo se in latere purgat ⁊ agitat qñādo puocaᵣ ad irā. In pectore vo magnū os ⁊ latū ad ꝑtectiones magni corporis sibi creatum. Porro stolitidas ei tāta est: vt cū frutice collo occultauerit: reliqui corporis latitudinē latere credat. Naturaliter autē caluescit: ⁊ ita plumas exuit: vt et nudus fere remaneat. Sed corium hȝ fortissimū quo in plumis ꝑtegiᵣ ab īportunitate frigoris: corpus habet fere ad magnitudinē asini: statura mediocris. Oua quoqȝ q⁹adeo magna sunt vt ex transuerso secta vasa fiant ad bibendum ꝓ amplitudine sua. ❡ Phisiologus. Strutio solo visu ita souet oua sua in harena recondita: vt ex eis pulli egrediantur in lucem. Hec inter aues ceteras duas tm̄ digitos continet ad modū vngularum arietis ita ꝙ de concauitate pedis sui subtus quasi de fūda proijcit lapides sup holem. Ferūt etiā oculo vno intueri celum: ⁊ altero terram.

Operationes.

A ❡ Rasi. Caro strutiõis olb⁹ grossior iudicaᵣ.

Capitulum cx.

Trutiocamelo ⁊ Sturno. Plinius. Struthiocameli affrici vel ethyopici: aues sunt grandissime ⁊ pene bestiaꝝ generis altitudinem equitis insidiantis equo excedunt celeritatē vincunt: ad hoc solum datis pennis vt currentem adiuuent: ceterum nõ sunt volucres: nec a terra tolluntur. Vngule his ceruinis similes quibus dimicant: bisulce ⁊ cõprehendis lapidibus. Quos in fuga cõtra insequentes ingerunt pedibus. ❡ Actor. Uidetur esse strutiocamelus species strutionis: vt ipsum etiam genus sic appellari: quia sicut dictum est supra: pedes habet similes pedib⁹ cameli. ❡ Ex libro de naturis reruȝ. Sturni sūt aues parue ad volandum extente fusco nitentes colore. Cateruatim volant: ⁊ quodam orbe circūaguntur omnibus in medium tendentibus: ⁊ hoc propter accipitres qui eis insidiātur. Uespere quidem aggregantur. Etiaȝ im mensis turbis: cõmurmurant: nocte silent. au rora rubente murmur excitant. Demuȝ vero diuise per turmas ad cibum volant. ❡ Plinius. Est autem ⁊ sturnus ex auibus loquētib⁹. Unde et cesares iuuenes habebant sturnum loquentem.

Operationes.

❡ Rasi. Sturne vel sturni caro grossior estꝙ pulli vel coturnicis. Uentrem stringūt: ⁊ multum nutriunt. A

Capitulum cxi.

Tardam

t Ardā ꝛ Tragopa. Isid. Tarda apud nos dr̄ eo ꝙ tardo ꝛ graui volatu vetē ta: nequaꝗ̄: vt cetere volucres: velocitate pēnaꝝ attollit̄. Grece āt gradipes vocat̄. ¶ Aui. oua auis tarde: fm ꝙ dr̄: sūt tī ctura bona. ¶ Ex li. ō na. re. Tragopa ē auis i ethiopia ferruginei coloris maioꝛ ꝙ̄ agla. caput hēt vt fenix: excepto ꝙ in eo cornua hȝ vt aries: vn̄ illō armatū pfert aduersus oēs aues sibi ɔrīātes. ¶ Solin⁹. Tragope ē auis maioꝛ aglis: cornib⁹ arietinis p̄ferēs caput armatuȝ.

Operationes

A ¶ Auicē. Oua auis tardo sūt tinctura bona.
B ¶ Experitur boꝛa qua pꝛeparata sunt ad illō cum filo lane in eis penetrante.
C ¶ Idē. Succus auis tale cōfert impetigini.

Capitulum crii.

t Ardela ꝛ Turdo. Isi. Turdela q̄si maioꝛ turd⁹ dr̄: cui⁹ stercoꝛe viscū gn̄ari putat̄. Turdi āt a tarditate vocati sunt: byemis enī ɔfinio se refert̄. ¶ Ex li. ō na. re. Turdi sūt aues pue qdē coꝛpe: sȝ puidētia magne. Hi ea cuminib⁹ arboꝝ luto nidos edificāt ꝛ pene ɔtextis .i. ɔtinue post coitū gn̄ant: ꝛ mixꝝ qz. x. vie bus oua i vtero maturescūt: ꝛ postea pariunt. Pli. li. x. at abeūt ꝛ turdi i vicia: sȝ hij plumā n̄ amittūt: nec occultāt̄ nisi spe cibi quo hyberni pabulū petūt: itaqȝ i germania byeme turdi maxie cernūt̄. Et sunt aues truncstres sic et turtures. His coloꝛ estate circa collū varius: byeme cōcoloꝛ. In cacuminib⁹ arboꝝ luto nidificātes pene cōtextis i secessu gn̄ant. Agrippina ɔiūx claudij cesaris turdū hūit: qō nūꝙ̄ añ: ſmonē boluȝ imitātē. ¶ Pall. Turdi nutriēdi sūt i cubiculo: ita ꝙ icludāt̄ illeſi ac recēter capti mixtis aliqb⁹ añ nutritis: quoꝝ societate ad cibos ipos capiēdos pauidā noue captiuitatis mestitudinē ɔsolēt. Sit āt loc⁹ mūd⁹ ac lucid⁹ ꝛ vndiqȝ leuigat⁹ i quo trāsuerse figātur ptite: qb⁹ psit post ielusū volatū sedere. rami quoqȝ virides spe mutēt: carice tūse mixtis pollinib⁹ p̄beāt̄ mirti ēt: si facltas ē: lētisci olea stridere semia iterdū excludēda fastidia: maxieqȝ aqua tribuat̄ mūda. Turdi nanqȝ si alēda saginēt̄: ꝛ voluptatē cibi: ꝛ reditū mari mū p̄stāt: pcitate bn̄ficiū ministrante luxuria.

Operationes

¶ Auicēna. Turdoꝝ stercus comedentiū risi cōfert panno ꝛ moꝛphee ꝛ etiam empetigini. A

Capitulum cxiii.

t Urtur. Isi. Turtur a voce noiatur auis pudica: semp qz in mõtibus iugis et in desertis cõmorãs. Tecta enim homi et cõuersationẽ fugit: et cõmoratur in siluis. Que etiã hyeme deplumata in trũcis arborũ cõcauis habitare phibet. Cuius ecõtrario colũba humana hospicia diligit. domorũ semp plãda habitatrix. ¶ Ambrosi⁹. Turtur est auis pudica: q̃ vbi ɔiugalis pprij fuerit a missione viduata: cõiũctionẽ iterate recusat: nec iura pudoris: aut cõplaciti iuri federa resoluit: et p̃m⁹ amorẽ eã decipiẽs: pl⁹ doloris ex morte: q̃ suauitatis et charitate dilecti gn̄at. Discite ergo mulieres quãta sit viduitas gr̄a: q̃ ẽt i auib⁹ p̃dicatur. Turtur. n. nescit p̃mã fidẽ irritã facere: qr p̃ma cõnubij sorte amissa nouit castimoniã seruare. Hec auis i nido suo folia squille supiacet: ne pullos suos lup⁹ incurset. Nouit enim q̃ huiusmodi folia lupi fugere cõsueuerũt ¶ Ex li. de na. rerũ. Turtur sociũ diligit. eo q̃ mortuo vel capto icedẽs solitarie: siccis arborũ ramis incidẽs: gemẽs ac tristis: nulli auiũ ẽ infesta: sz ad oĩum ĩfestationes patiẽtissima. in locis tutissimis delectabilissimis habitat p totã hyemẽ i cõcauis arboribus. In plumis iacet: in vere aũt pducitur: multe qdẽ earũ terras calidas hyeme petũt: et multe remanẽt si locũ habeãt. soli oppositũ ad qescẽdũ aptum. Aliqñ ita debiles sunt naturalr̃ vt manu capi psĩt. Oua sepe terna pariũt: sed nunq̃ plus q̃ duas educant. similiter et palumbi. Turtur ouat in vere bis et sepe ter. Sed hoc qñ vnum par ouorũ corruptũ fuerit: aut casu perierit: solaqz auium pullos suos de nocte pascit. ¶ Aristo. Turtur ex fructu viuit: sicut et palũbus. Palumbus autem semper apparet: turtur autem non. Coit quidem turtur post tres menses: pregnãs est diebus. xiiij. et totidẽ cubat. Uiuit aũt et cubat sicut et columba qndecim annis. ¶ Pall. Turtures vt alantur breui et pp̃e obscuro cubiculo claudendi sunt: quos nutrire facilimũ est: quia nihil expetunt.

Operationes.

A ¶ Auicen. Sãguis turturis calidus distillatur sup aurẽ cõtritã et dolorosam. ¶ Pli. li. xxix.
B Turturũ sanguis eximie pdest oculis cruore suffusis. Fimus earum albugines extenuat.
C ¶ Huius ale dextre sanguis medicinalis est immissus oculis.

Capitulum cxiiii.

v Anellus. Ex li. de na. re. Uanelli sũt aues quas Pli. simphalides vocat: satis pulchre: columbina magnitudine cristato capite vt pauo: collo quidem colore viridi et lucẽti: reliqua vero parte corpis varietate distincta. Hec auis cũ hominem etiam a longe nido suo appropinquare senserit egressa: statim cũ clamore occurrit. Sicqz stulta dũ hominẽ a nido suo amouere se credit: ipso clamoris inditio nidum prodit: quem progressus homo spoliare contendit. Hoc idẽ dicit Plinius: licet per alia verba.

Capitulum cxv.



V Espitilio. Ari. Vespitiliões hñt pedes sicut aues: et carẽt cauda qm̃ sũt agrestes. Ipsarũqȝ ale sunt mẽbranules .i. corio solidicter si caudã hũissẽt: motũ alaꝝ ꝓhiberẽt et qr ñ sũt diuise instar muriũ hñt ĩ vtraqȝ parte mãdibl'a: dẽtes: et victũ sibi de nocte acqrũt vt bubões. Amb. Vespitilio ẽ aĩal volatile siĩr et q̃drupes: dẽtib⁹ ẽt vtiĩ: q ĩ aliis auib⁹ repiri non solẽt. Parit ãt vt q̃drupedia nõ oua: sȝ pullos viuẽtes. crepusculo volare ↄsueuit: volatqȝ in aere nõ aliquo pẽnaꝝ sȝ mẽbranee sua fulta remigio. Ysi. Vespitilio dĩ eo q̄ lucẽ fugiẽs: vespertino crepusculo circũuolet ꝑcipiti motu acta aĩal muriũ siĩe nõ tã voce resonans q̃ stridore. Ex lib. de na. re. Vespitilio q̃drupedia cetera volatu excellit. In ꝑtib⁹ Indie sũt vespitiliões colũbis maiores. hñtes q̃si boluȝ dẽtes. hec ĩ facie ꝑcutiũt boĩes. nares eis et aures aliaqȝ mẽbra ãputãtes. Ferẽ q̄ h̃ auis strepitũ q̃rit. et sãguis ei⁹ õpilat. Glo. sup Deut. Vespitilio circa terrã volat et pẽnis ambulat: imunda ẽ ſm legẽ.

Operationes

A ❡ Aui. Vespitiliõis lac: vt dĩ: ẽ vrina ipsi⁹ in ipo aũt ẽ abstersio et vehemẽs calefactio.

B ❡ Vnguẽtũ vespitiliõis ꝓhibet mãmillas puellaꝝ a magnitudine. C ❡ Cerebrũ ei⁹ cũ melle D ↄfert ꝑncipio aq̃ dẽscẽdẽtis ĩ oculũ. ❡ Eius cinis acuit visum: et cõfert vngule et albugini.

Capitulum cxvi.

V Espa. Ari. Vespa ẽ aĩal ãnulosũ volatile. Aculeis venenosũ q̃ dĩ de putridis asinoꝝ carnib⁹ nasci sic fuci de mulis: scrabrões de eqs: et apes de vitulis. Itẽ vespa aerẽ nõ recipit. i. nõ suaqȝ vita et nutrimẽtũ est circa sterc⁹ et carnes. Et ẽ de aĩalib⁹ q̃ manent cũ sociis suis: sic formica et apis. hȝ ãt lãccã sterĩ⁹ sic scorpio exteri⁹. Sãguĩe caret: alasqȝ mẽbranas cooptas hȝ. Accidit vespis senectutẽ exuere. Apesqȝ nocẽt a vespis. Iõqȝ nocet apibus illa appropinq̃re. Ex li. de na. re. Vespe exiguis carnib⁹ aliqñ ꝑcreanẽ: in plenilunio magis crescere dĩr. haꝝ vita circa stercus est. Ceras qdẽ faciũt: sȝ nõ ex collectiõe floꝝ: et ob hoc inutiles sũt. Ari. Vespaꝝ cib⁹ ẽ ex florib⁹ et fructib⁹: sepe quoqȝ viuũt ex cibis aĩalium. Mutita venaẽ in fine hyemis: et plures eaꝝ venãẽ circa calẽ. venãturqȝ mutita ꝑpe aggeres magnos et altissima loca: oẽsqȝ videnẽ cũ aculeis. nõ aũt cõgregãt vespe flores: nec cibãẽ ex eis sic apes: sȝ cib⁹ eaꝝ ĩ maiori ꝑte ẽ ex carne: iõqȝ circa stercora manẽt. muscasqȝ magnas deꝑhẽdũt et caput earũ abscindunt: nidos sub terra faciũt et vt formice terrã extrahũt. Preterea iuxta Pliniũ q̃dã vespe spalangioꝝ genus ꝑimũt et in nidos suos portãt: deinde illinũt: et ex his ĩcubãdo genus suũ procreant.

Operationes.

❡ Cõstã. Vespe et apes eis quos pũgũt tumorẽ calidũ et ruborẽ faciũt. rostrũqȝ earũ remanet vbi tãgũt. A

❡ Et aliqñ morsi sudorẽ patiũtur et abbominationẽ. B

❡ Aui. in. ii. cañ. vesparũ pũcture bonũ est poliũ emplastri more suppositũ. C

❡ Siĩr folia siluestris malue sedũt illã emplastrata. D Itẽ stercus caprarũ attrahit vespe venenũ.

❡ Ex sale quoqȝ cum aceto et melle fit emplastrum ad puncturam vespe. E Et oleum lauri confert eius mordicationi.

Capitulum cxvii.

Ulula. Ysid. Ulula est auis a planctu v et luctu nominata. Cum enim clamat aut fletum imitatur aut gemitum. Unde apud augures si lamentetur tristiciam tacens ostendere fertur prosperitatem. Actor. Ulule: vt dicit glosa super Ysaiam: sunt aues magnitudinis comune. maculis respersae: que rostro in palude fixo horrende strident: habentes vocem similem vlulatui luporum: vnde et nomen acceperunt: et vocantur gallice buhort. De hac etiam superius dictum est in ca. Bubo. et de onocrotalo: que nomina sunt idem.

Capitulum cxviii.

Upupa. Ysid. Upupa est auis spurcissima v cristis extantibus galeata semper in sepulchris et humano stercore commorans. Upupa grece dicta eo quod stercora humana consideret: et fetenti pascatur fimo. Cuius sanguine qui se inunxerit dormitum pergens demones suffocantes se videbit. Glosa sup Leuiticum. Upupa lugubris est et luctum amans. Unde et in lege comedi prohibetur quia seculi tristicia mortem operatur. Phisiologus. Upupe pulli cum parentes suos senuisse viderint ita vt neque volare neque videre possint: vetustissimas parentum plumas euellunt. et oculos eorum liniunt, fouentque eos sub alis suis: donec crescant eorum penne: et reilluminentur oculi eorum. sicque mutua vicem parentibus reddunt. Jorath in lib. de alalibus. Upupe pulli parentes suos fouentes anhelant sup oculos ipsorum vt visum recuperent. Ex li. de na. re. Upupa est auis admodum pulchra: sed immunda: vna tamen voce sicut et cuculus importuna est. hyeme latet: et nuda est. vere producitur. Huius parentes senescentes inter pullos iam adultos in nido plumas exuunt et interim a pullis pascuntur: donec vires plumasque recuperent. Cum enim senio visum perdiderint pulli notam naturaliter herbam colligunt: et eorum cecatos oculos inde liniunt vt visum recuperent.

Operationes

A ¶ Pithagoras in lib. romanorum. Sanguis vpupe illitus homini dormienti demoniaca gignit fantasmata.

B ¶ Penne vero posite super caput hominis sedant soda idest dolorem capitis.

C ¶ Huius etiam lingua super illum suspensa: qui multam obliuionem patitur: ei confert.

Capitulum. cxix.

Ultur. Ysido. Uultur a volatu tarv do nominatus putatur: magnitudine quippe corporis prepetes volatus non habet. Fertur pene vsque ad centum annos procedere. Uultures autem sicut et aquila vltra maria cadauera sentiunt. Altius quippe volantes: que multa montium obscuritate celantur ex alto illi conspiciunt. Ambro. Uultures dicuntur sine concubitu generare et concipere. Solent etiam mortem hominis quibusdam signis annunciare. Cum enim lacbrymabile bellum acies inter se instruunt multo vultures sequuntur agmine: et eo ferunt quod multa hominum multitudo bello casura sit futura preda vulturibus. Glosa sup Leuiticum. Lex vulturem comedi prohibet quia bellis et mortuis gaudet.

Phisiologus

eoꝝ formationē aut viuificationē: quod autē
quidā dicūt: ꝙ lapis ab alijs auibus ouis in-
terponatur: ne oua frangant falsum est: q: ci
tius ad lapidē ꝙ ad se ipsa collisa frangunt.
¶ Aiunt autem aliqui: ꝙ si aliquis suspe- M
ctus de administratione veneni cum lapis iste
cibo inmittitur: statim a cibo strangulatur:
⁊ quando subtrahit transglutit cibū in quo
positus est lapis.

Capitulum. xj.

Strion ⁊ Asterites. Ysi. Astrion gē
a nia est cristallia in india cristallo pro
pinqua. In cuius centro fulget stel-
la lune pleno fulgore: nomenq; eo sumpsit: ꝙ
astris opposita fulgorē rapit ⁊ gerit. ¶ Pli.
In carmania nascitur gēma que astrios vo-
catur: similiter vt astiria vel astirites candida
cristallo propinqua. In india vero nascens ⁊
in pallenes littoribus astrios. Quidam autē
causam nominis huius reddunt: ꝙ astris op-
posita fulgorem rapiat ⁊ gerat. Optimā au
tē in carmania nulliq; vitio obnoxia gigni.
¶ Idem. Ysi. Asterites est gēma candida lu
cem continens inclusam veluti stellam intus
ambulantē: solisq; cādidicantes radios red
dit: vnde ⁊ nomē inuenit. ¶ Pli. Proxima
candidicantium gēmarum est asteria princi-
patū habens proprietate nature: ꝙ inclusam
lucem pupille modo quodam continet ⁊ trāf
fundit cum inclinatione velut intus ambu-
lantem: ex alio atq; alio loco reddens.

¶ Capi. xij.

Capitulum.xij.

Rena. Ysi. Arena ab ariditate dicta
a est. Huius ꝓbatio est: si manu pressa
stridcat aut in veste cādidā sparsa: nil
sordis reliquat. ¶ Vitrubius. Alia est arena
fossicia: alia fluuiatica vel marina. Arene fos
sicie sūt hec genera. s. nigra: cana: rubea: car-
bunculū. Ex his optima erit q̄ in manu cōfri
cata stridorē fecerit: q̄ aūt terrosa est asperita
tem nō hꝫ. Itē si in vestimētū candidū conie
cta fuerit arenaria. Unde fodiat̄ tn̄ de flumi
nibus ⁊ e glarea extrahat̄: hec tn̄ i stricturis
odiosa est: qꝛ difficile sic cessit: nec onerari se
ꝯtinēter paries patit̄: nisi intermixtiōibus re
quiescat: nec cōcamerationes recipit. Mari-
na vero hec amplius ⁊ ēt parietes cū in his te
ctoria facta fuerint remittētes salsugiuē coꝝ
dissoluūtur. Siccescūt aūt celeriter fossicie: ⁊
tectoria permanēt: ⁊ cōcameratiōes patiunt̄.
Sed he q̄ sunt de arenis recentes: si. n. exem-
pte diuti⁹ iacēt: a sole ⁊ a luna ⁊ a bruma coa
cte resoluunt̄ ⁊ petrose fiunt. Ita ꝙ instructu
rā cōiecte cemēta ꝯtinere nō pn̄t: sed labūtur
⁊ ruūt: oneraqꝫ parietū sustinere nō possunt.
¶ Pal. de agricultura li. j. Omnium arene
generꝝ p̄cipue melioꝛ est ruffa: seq̄ntis meriti
cana. Tertiū locū possidet nigra. Sed fossilis
arena nō inuenit̄. De fluminibus aūt glarea
vel littoꝛe colligit̄. Marina qdē tardius sicca
tur. Ideoqꝫ nō ꝯtinue: sꝫ intermissis tpibus
est construenda: ne opus coꝛrumpat onerata.

Operationes.

A ¶ Ex li. de na. re. Arena sparsa sup flāmā in
extinguibilē extinguit eam. ¶ Dyas. Arena B
maris que in littoꝛe est sole calefacta carnes
humidas desiccat. ¶ Item cocta sacellis ad C
compescendum tumoꝛem intraneoꝛuꝫ iuuat.

Capitulum.xiij.

Rgilla. Bartholome. in lib. de pro
a prietatibus rerū. Argilla est terra te
nax glutinosa ⁊ viscosa: ad varia fi-
guloꝝ opa disposita atqꝫ apta. Et sic sꝫ Ysi.
li. xvj. c. j. ab argis sic vocata: apud quos p̄ ex
tali materia vasa fictilia sunt effecta. Et vt ibi
deꝫ dr̄: talis terra p actionē caloris liqdioꝛes
ptes ꝯsumētis ⁊ terrestrioꝛes cōsolidātis in la
terem cōmutat̄. Sepe ēt contingit ꝙ talis ter
ra lutea vnctuosa frigiditate aque congelāte
in lapidē cōmutat̄. Sepe ēt accidit talis trās
mutatio. s. luti vnctuosi i lapidē ex caloꝛe coa
gulatante: sicut. n. dr̄ li. iiij. methcoꝛoꝛuꝫ. Lu
tum vnctuosuꝫ aptū est huic trāsmutationi. s.
in lapidē p calidico agulationē: quare vnctuo
sum est mediuꝫ inter viscosum ⁊ vapoꝛatiuū:
habens humiduꝫ viscosum. Unde gratia va
poꝛatiui potest a calido coagulari: gratia vis
cosi nō potest ex toto educi: sed amplius com-
primi ⁊ ꝯsolidari: ⁊ sic in lapidē transmutari.

Operationes.

¶ Ut ibi dicit commentatoꝛ. Argilla est fri- A
giditate sua sanguinis restrictiua.
¶ Constan. Argilla si cum forti aceto fuerit B
distemperata: apposita fronti ⁊ timpoꝛibus
probibet sanguinem naribus fluentem.

Capitulum.xiiij.

Armenus ẜm Pli. proprio ca. Lapis
a armenus est dictus ⁊ nolatus a regio
ne illa: ⁊ est liuidus ⁊ subalbidus: cu⁹
ius melior est hñs colorẽ mediũ inter virides
obscurũ: terreũ ⁊ indũ: ⁊ hꝫ macularũ distin-
ctiones virides ⁊ nigras. ℭ Aui. li. ij. c. de la
pide armeno: ⁊ aliquãtulũ azulini coloris: nõ
tñ ẽ in colore azuli: ⁊ nõ ẽ in eius soliditate: ſꝫ
est in eo arenositas q̃daꝫ: ⁊ q̃nq̃ vtunẜ eo tin-
ctores ⁊ pictores loco azuli: ⁊ est lenis tactu.

Operationes.

A ℭ Joban. Mesue. Lapis armenus inquit.
Alexãder a verificatoribus est inuẽtus babe
re prerogatiuã in educẽdo colerã nigrã: cui⁹
operatio incolumior est elleboro nigro: ⁊ vir-
tuosior lapide lazuli: melior est babens colo-
rem medium inter viridem obscurum ⁊ ter-
reum ⁊ indum: ⁊ hꝫ macularuꝫ distinctiones
virides ⁊ nigras: ⁊ qui nõ est in termino lapi-
dis: immo facile dissolubilis puluerizabilis.
B ℭ Et q̃ est lenis tactu carens asperitate cali-
de cõplexiõis in p̃ncipio secũdi ⁊ sicca i ipso.
C ℭ Et est resolutiuus: abstersiuus: ⁊ est cõtur-
bãtibus ⁊ subuertẽtibus stomachũ: ⁊ educit
per vomitũ ⁊ ventreꝫ ⁊ nocet stõ: generãs sub
uersioneꝫ: ⁊ faciens solutionem cuꝫ angustia.
D ℭ Et dixit Alexander. Non lotus soluit per
vomitum ⁊ per ventrem sine molestia.
E ℭ Ars aũt in lauando ipsum est hec: teratur
cum facilitate in vase lapideo: deinde fundaẜ
super ipsuꝫ aqua dulcis ⁊ lauetur sic terẽdo:
⁊ fiat illud trigesies semper inouando aquã:
⁊ adhuc decies lauetur cum aqua rosarum.
F ℭ Et dixit Alchind⁹. Laueẜ cũ aq̃ buglosse
post depurationẽ ei⁹: acq̃riẜ. n. ei p̃prietas mi
rabilis ex hoc ad egritudines melancolicas.
ℭ A ui. soluendo educit melãcoliã plus q̃ la G
pis lazuli: ⁊ pp ipsuꝫ dimittiẜ ellebor⁹ niger.
ℭ Jobã. Mesue. Educit solutione coleram H
nigrã cũ virtute: ⁊ mũdificat cerebrũ ex ea: ⁊
valet ad egritudines eius melãcolicas: sicut
est mania ⁊ vertigo ⁊ dolor capitis ⁊ epilẽtia.
ℭ Et ad egritudines timoris ⁊ suspitionis: ⁊ I
ad lepram: ⁊ ad egritudines splenis ⁊ ad can
crum ⁊ morpheam: ⁊ febres melancolicas.
ℭ Dosis non loti potio est a. 3. ẜ. vsq̃ ad. 3. i. K
ẜ. ⁊ loti potio est a. 3. i. vsq̃ ad duas.

Capitulum. xv.



Atimoniũ latine: grece ãtimonos:
a arabice aytruad. Antimoniũ est ve-
na terre similis plũbo: verũ est q̃ an
timoniũ teriẜ ⁊ nõ fundiẜ: plũbũ vero fundiẜ
⁊ nõ teriẜ Et hꝫ in fracturis suis claritatẽ q̃ñ
frangitur. Et illud est melius qõ in fracturis
suis non hꝫ aliquid ex terra vel aliqua sorde.
Et ideo ablutũ ⁊ mũdum debet poni in medi
cinis. Est fri. ⁊ sic. in. iij. gra. ℭ Ser. li. ag. c.
Aytruad vel antimoniũ est vena terre similis
plũbo: ⁊ est medicina ocularis: qõ decerniẜ a
metallo: q: antimoniũ teriẜ: metallũ vero nõ
similiter metalluꝫ fundiẜ: antimoniũ aduriẜ.
Antimonium quanto clarius tanto melius.
ℭ Et idem auc. Dyas. Melius ex eo est for-
tius: ⁊ illud qõ frãgitur ⁊ hꝫ in fracturis suis
claritatẽ ⁊ luminositatẽ: ⁊ qõ est interius mũ
dum: ⁊ nõ hꝫ aliquid admixtũ ex terra vel sor
de aliqua. ℭ Almansor tracta. iij. ca. de anti
monio. Antimoniũ frigidũ ẽ ⁊ sic. in. iij. gra.

ℭ Opera.

Operationes.

A Ad emorroidas exiccandũ iniĳciatur succus
peucedani per clystere: ⁊ postea si sint exteri⁹:
pone puluerẽ antymonĳ desup. Si sint inte-
rius puluis iniĳciat̃ cũ calamo posito in vesi-
B ca inflata. ¶ Puluis eius cũ sapone spatarẽ
to vel gallico cõficiat̃: ⁊ liciniũ in eo intinctũ
orificio fistule lmissum curat. Puluis eius in
cancro positus comedẽti aut carni supflue op
C tima est cura. ¶ Cõtra polipũ magdalino ex
apostoli cõformatus in sparso puluere anty-
monĳ ⁊ naribus immittatur ⁊ aufert ipsum.
D ¶ Collirius ex puluere antymonĳ ⁊ puluere
nuclei: mirabolanoꝝ citrinoꝝ equo pondere
addita aqua rosaꝝ: vel pone de tutia cũ anty
E monio. ¶ Bombix intincta in succo sangui
narie cũ puluere antymonĳ: naribus imittat̃
F ⁊ remouet fluxũ sāguīs ab ipso. ¶ Ad cohi-
bendum sanguinez puluis antymonĳ in suc-
co tapsi barbasi conficiat̃: ⁊ bõbix intincta su-
G pponat̃. ¶ Sera. au. Gal. In hac medicīa ẽ
virtus stiptica ⁊ ꝯglutinatiua ⁊ frigidatiua:
aufert carnẽ supfluā q̄ est ī vlceribus: ⁊ incar
nat ⁊ insolidat ea: ⁊ mũdificat sordicies eorũ.
H ¶ Et strigit fluxũ sanguīs nariũ: ⁊ ꝓprietas
eius est ꝯferre epilẽtie ⁊ supfluitatib⁹ grossis.
I ¶ Almãsor. Antymonium oculuz efficiens
robustũ ipsius custodit sanitatẽ: suppositum
K quoqz menstrua constringit. ¶ Pau. ca. de
antymonio. Antymonium sua frigiditate ⁊
siccitate sanguinem de naribus stringit: ⁊ va
L let si miscetur collirĳs oculorũ. ¶ Seniores
eo vtentes habent oculos incolumes: qꝛ ner-
uos confortat: ⁊ omnem maculam ⁊ nocumẽ
tum aufert: maxime si paruz de eo miscetur.



Capitulum. xvj.

Atramentum. Ysi. Atramentuz sic
a dictum est: eo ꝙ sit atruz. Cuius spe
cies ⁊ picture ⁊ quotidiāo vsui neces
sario est. ¶ Ex lib. de aluminibus ⁊ salibus.
Attramentũ est aq̃ ⁊ tinctura quā terre sicci-
tas coagulauit. Et est in sui natura calidum
⁊ sic. Huius multa sunt genera: quorum me-
lius est in Hispania. Et ipsum quidem deni-
grat corpora. Et augmentat rubeum rube-
dine. Album vero denigrat. ¶ Ex li. iiij. me-
theororum. Attramenta composita sunt ex
sale ⁊ sulphure ⁊ lapidibus. Et est ī eis vis ali
quorum corporum liquabilium: quoniam ex
eis fiunt: vt calcantum ⁊ abachar generan-
tur ex maioribus granis attramẽti: ⁊ non sol
uitur salsedo eius nisi cum eo quod in illo est
sulphureum: ⁊ postea coagulatur residuum.
Illudqz iam cepit vim minerale in aliqui-
bus corporibus. Quod autez ceperit vim fer
ream: erit rubeum aut croceuz aut calathar.
Quod autem vim ereā: erit viride sicut calcā
tũ. Nõ possibile est illa duo artificialiter fieri.

Operationes.

¶ Aui. l. ij. cañ. Attramẽtũ ca. ẽ ⁊ sic. i. iij. g. A
¶ Omnia sunt adurentia: ⁊ stiptica scabiei B
conferunt humide ac duriciei palpebrarum:
⁊ asperitati caꝝ: aut apostematibus sguinis.
¶ Est autẽ in attramẽto virtus venenosa de C
siccans pulmonem: ita ꝙ fortasse interficit.
¶ Sufflatur autem in naribus propter flu- D
xum sanguinis ⁊ ꝓprie altochotar ⁊ quo eti-
am fiunt licinia.
¶ Et ponuntur in fistulis ⁊ extirpant vento- E
sitatem. Liciniũ quoqz cõfert vlcerbius auris
⁊ saniei eius ⁊ prohibet corrosionem dentiuz.
¶ Item in ipso sunt adustio vehemens ⁊ cur F
suum sanguineorum constrictio et exicatio ⁊
stipticitas plurima.
¶ Confert formice ⁊ herisipile quando lini- G
tur cum aqua coriandri: pulucrizatur autez
super fraudulentum vulnus ⁊ ambulatiuum
adurit carnem additam.
¶ Confert etiam fluxui sanguinis narium ⁊ H
apostematibus gingiue.
¶ Et prohibet fluxuz matricis: ponitur etiā I
in alcofol ad abstergẽduz ⁊ subtiliandũ gros-
situdinem palpebrarum. Hoc idem dicit
Plinius: licet per alia verba.

Capitulum. xvij.

Lumen. Ysi. Alumē vocatur a lumine q lumen prestat coloribus tingendis. Est aūt salsugo terre: efficiturq; hyeme ex aqua & limo: & estiuis solibus maturatur. Huius species due sunt. Liqdū & spissum. Dyasc. Aluminis spēs multe sunt: sed medicine tres necessarie. Rotundū: scissum & liquidū. Rotundū probabilius est qd natura li rotūditate formatū est: fistulosum subalbidum fricabile nō lapidosū: aliqua ex pte pal lidū: pingue. s. vehemēter redarguēs. Scissum aūt optimū est qd est quasi flos albus ro tundū leue &c. Liquidū deinde melius est qd est leue per lucidū in fūmo aliqd in modū floris quasi lac hñs. ¶ Rasi in li. de aluminibus & salibus. Alumē est oleū qd coagulauit sicci tas terre: & est in natura sui calidū & humi. re tinet omne volatile: mūdificat & decorat corpora: & augmētat tincturā cor. ¶ Alchimista. Alumen large sumpto vocabulo: df omne qd ligat tincturā in corpore aliquo: vt in pānis & corijs. Et sicut sunt diuerse tincture sic & alumina diuersa. Nā tinctura quelibet alumine suo indiget: sine quo îprimi nō poss; vel cū corpore ligari. Unde nō (vt quidā pu tant) alumen dat lumē: sed facit adherere lu men. i. colorem sicut apparet in corio: q non pparatur cū galla si nō imprimitur tinctura Itaq; galla est alumen tincture nigre: sicut cinis clauellatus est alumen gladij. Alumen quoq; de quo agitur est alumen rubee tinctu re: licet alumen non rubificet nisi album.

Operationes.

A ¶ Pla. Alumen calidū est & sic. in. iij. gra. virtutē hñs cōsumēdi & vehemēter desiccādi. ¶ Quod albū est melius est: ac acutū & salsu gini imixtū. Quod aūt feculētū & cereū est im purū: vsus eius ꝯ canctrū & inflationes gingi uarum: & ꝯ scabies. Balneū aque alūinose va let hydropicis: scabiosis: artetics. ¶ Dyasc. Omne aūt alumen virtutē hȝ con strictiuā & vehemētius consumptiuā. Medetur deniq; putredinibus & sanguineis fluxibus. ¶ Gingiuis hūectis seu dētibus mollib9 cū aceto vel melle. ¶ Idē. Auriū fluxus cū succo poligo nie curat: carnes quoq; supfluas & pudores alarū vel inguinū sanat. ¶ Aui. Alumen est ca. & sic. ad. iij. Exiccat & phibet fluxū oīs san guinis: & cursū supfluitatū & effusionē carnū. ¶ Cū aqua interficit alkarad. i. cimices & pe diculos: & fetorem oris tollit cū fece vini tantundem aluminis desicat vlcera difficilia: cū salgemma valet corrosioni & adustioni ignis. ¶ Ex li. de na. re. Uniuersaliter alumen ca. & sic. est in. iiij. gra. stipticum & mundificatiuū & visus obscuritatis mundificatiuum superfluam palpebrarum carnem aut membrorū corrodit. ¶ Pessima & sicca vulnera ibibet: ne corpori perambulent.

¶ Cum aceto & melle mixtum dentes confor tat infirmos. Et valet tumidis gingiuis.

B

C

D

E

F

G

H

I

K

Capitulum. xviij.

Urum. Ysi. Aurū ab auro dicitur i. a splēdore: q repercusso aere plus fulgeat. ¶ Ex li. de na. re. Aurum inuenitur in riuulis & in fontibus & etiam in mōtibus qñq; sed raro: multus autem labor est in lauādo. Sȝ & p mixtas minutias terre & in eius

in eius sordibus invenitur sociatum: invenit
tñ puruꝫ ⁊ non terre vel bituminibus in se ad
mixtũ sicut es vel argentũ. Jtẽ in eodem lib.
Aurũ ceteris metallis preciosius: durabilius
⁊ tractabilius oĩ tpe fulget: ⁊ coinquinatum
rubigine nõ cõsumit: visum fovet. Et quãto
rubicũdius est: tãto melius. Jn duplo quoqꝫ
ponderosius est ꝙ argentũ aut es aut stãnũ.
Cũqꝫ sit generosissimuꝫ sup oĩa metalla: ni-
hilominus ẽ maxime ductibile sup oĩa. Om
ni metallo temperatiuus est. Et ideo qꝛ calidi
tas eius modici est excessus: non locat in gra
du: solũ quoqꝫ nõ resolvitur. Actor. Aurum
itaqꝫ non solũ est inter metalla preciosissimũ:
sed ẽt solidissimũ: hꝫ colorẽ igneũ splendiduꝫ
foventeꝫ visum. Jn igne positũ nõ cõburitur
sed purgat ⁊ probatur. Jtaqꝫ triplici de cau
sa in igne ponitur ad examinandũ ad purgã-
dum ⁊ ad fabricãdũ. Sed ⁊ humano corpori
maxime congruit: unde in cibo sumptum iu-
vat multum. Aristo. li. iiij. Auruꝫ profecto li-
quatur calido: ⁊ si fuerit sulphur mũdũ ⁊ pu-
rum: ⁊ argentũ vivũ optimũ cũ rubore clarũ
fueritqꝫ in eo vis igneitatis simplicis non vrẽ
tis: erit res optima quã recipere põt alchimi
ste: vt ex ea fiat aurũ: hoc. n. ipsum convertit
in aurũ. ❡ Avi. Auꝝ multiplex est. s. natura
le: magistrale: xirchi. Zafri obrisum: colon: ⁊
alijs modis. Et illud quidem qð est de alexir
valet magis ꝙ aurũ acre que non põt opera-
ri. Aurũ autẽ de alexir est tribus modis. s. de
petra capilloꝝ ⁊ sanguis ⁊ ovorũ. Non. n. po
test aurũ esse aurum de alio lapide. Quidam
autem faciunt falsum aurum: sic ⁊ argentuꝫ.
Stringunt. n. id est indurant stannum ⁊ deal
bant: ac dicunt esse argentũ. Sicut etiam au
ripigmentum cũ subtus stercus mittũt: ibiqꝫ
miscent sal armoniacũ ⁊ incorporãt cũ cupro
distenso per locum barbatũ: ⁊ cum mercurio
rubeo: ⁊ dicunt ꝙ fit aurũ verum: cuiusmodi
sit aurum septem modis per magisteriũ tem
ptatur atqꝫ cognoscitur. s. in solutione: in la-
pide: in pondere: in gustu: in igne: in sublima
tione: in fusione. Porro naturalis auri natu
ra calida est ⁊ sicca: ⁊ quantum hꝫ ferrum de
natura siccitatis ⁊ duriciei: tantum habet au
rum naturam bonam ac mollem: fit auteꝫ in
ventre terre de argẽto vivo bono nimis ⁊ de
sulphure non multum rubeo cocto.

Operationes.

A ❡ Ex li. de na. re. Aurum est calide na ture
lepram ac scabiem curat: in pulverem reda
ctum ⁊ antidotis mixtum. ❡ Habet. n. virtu B
tem cõfortãdi nõ ꝙ incorporetur: aut mẽbra
nutriat: sed ꝙ alteratiua virtute corpus im-
mutat. Vulnus ex auro factum non corrũpit
in tumores. ❡ Haly regalis in practica sua C
sermone secundo. Aurifolia carnẽ comedunt
sine morsura suntqꝫ sicca subtilia. Limatura
auri cõfortat cor: ⁊ pulsioni medetur. ❡ Aca D
limia auri melior est tenuis ⁊ magis desiccãs
⁊ amplius elimans. Que si comburatur ⁊ le-
vetur: desiccat oculoruꝫ vlcera sine morsura.
❡ Actor. Aurum vt dictum superius omni E
metallo est temperatius. Unde qꝛ caliditas
eius modici est excessus: ideo non locatur in
gradu: licet in grudu ponatur ab aliquibus.
❡ Avicẽ. ij. cañ. Medicine aurum est equa- F
le subtile: confortat oculũ in alcofol positum.
Confert ⁊ doloribus cordis ac tremori eius.
❡ Retẽtio eius in ore: fetorem ipsius oris re- G
movet. Cauterium melius est ⁊ velocius sana
bile quod fit cum auro.
❡ Confert etiaꝫ doloribus cordis ac tremori H
eius: ac timori anime: ⁊ ei qui solus loquitur.

Capitulum. xix.

Uricalcũ. Ysi. Auricalcum dr eo ꝙ
a splẽdorẽ auri ⁊ duriciem eris posside
at. Est aũt nomẽ cõpositũ ex lingua
latina ⁊ greca. Es. n. grece chalco vocat: fit
aũt ex ere ⁊ igne multo: ac medicaminibus ad
aureum colorẽ perducitur. ❡ Ex li. de na. re.
Ex ere fit auricalcum sic dictũ: qꝛ splendoreꝫ
habeat auri: vel qꝛ de ipso fit auruꝫ. Dicit. n.
philosophus in li. de alumine. Liminen qð ex
vrina pueri ⁊ auricalco fit aurum optimum.

Quod intelligendū est in colore nō in substā
tia. Dicit.n.idē Aristo.ꝙ variat color: sed
substātia manet. Hoc auricalcū frequentius
scripture vocant electrū: ⁊ hoc propter colorē
electro prope cōsimilē. Ex doctrina alchimie
Es autē transmutatur in auricalcū: qd fit me-
diante tutbia: qr fumus eius albificat: ⁊ ha-
bet naturam spiritus: statimqꝫ cū pulvis eius
proijcitur super es fusum: vel miscetur cū la-
minis eris: in ipsa eris fusione tutbia calefit:
⁊ fugā querit tanꝙ spiritus: vnde apparet ꝙ
eius fuga fit per eris corpus fusum: sicqꝫ sic-
cat ipsum: qr fumus eius est tēperate albus:
⁊ album huiusmodi mixtū cū rubeo reprimit
rubedinem: ⁊ fit citrinum: ⁊ ita auricalcum.

Capitulum.xx.

Argentum. Ysi. Argentum greci ar-
a girion dicunt: cū mirū in modum illud
accidit: vt cum candidū sit impressum
corpori nigras lineas reddit. Ex li de na. re.
Argentum ductile est ⁊ tractabile: sonorūqꝫ
ac tinnitus dulcissimum: ⁊ hoc maxime si eri
misceatur. Unde tubas ex argento ductiles
precepit moyses fieri ad terrores hostiū: ⁊ ex-
hortationem ad bellum: ad mouendū quoqꝫ
castra ⁊ populos ad escam conuocandos. Ar-
genti vene multe ⁊ in multis partibus orbis
reperiuntur: nec est purum in se sicut aurum.
Sed terre ac sordibus incorporatum admi-
xtum: ideo labor maximus est vt per ignē ex-
purgetur. Fumus aūt purgationis eius val-
de nociuus est: nec de facili purgatur fumo hu-
iusmodi multo infectum nisi fumo thuris aut
armoniacis speciebus: ac vbi parū fuerit ar-
genti durabile est. Impurū aūt de facili con
trahit corruptelam. Argentum consolidat
alia metalla: ⁊ quasi vnum efficit consolidata.

Operationes.

¶ Aui.in.ij.can. Argētū infrigidatiuū est ⁊ A
exsiccatiuū: bonū ē valde scabiei ⁊ prurigini.
¶ Eius confricatio cum alijs commixtioni- B
bus confert fetori oris.
¶ Ac tremori cordis ⁊ humiditatibus viscosis. C
¶ Con. Argētū frigidū ⁊ tēperatū in humi- D
ditate est: ⁊ est ꝯ humidū ⁊ viscosum flegma.
Cadmia tñ auri fortior est ⁊ melior argētea
¶ Rasi.in Almāso. Argētū frigi.est: cordis E
qꝫ tremori ꝓficit. Cadmia argēti scabiei q̄ i
corpe orit: ⁊ pustulis q̄ in oculis sunt bona ē.
¶ Albertus. Argentum bene politum inter F
omnia metalla melius est speculum: quia in co
lore magis accedit ad dyaphanum.
¶ Haly. Purgamētū argēti melius est viri- G
de ac tenui pōticū ē desiccās fortiter: ideoqꝫ ne
cessarijs admiscetur ad cicatrizādū vnguentis.

Capitulum.xxj.

Argentū viuū. Ysi. Argētū viuū dī
a ꝙ excidat materias qbus inijcitur hoc
⁊ liqdum qr percutit. Inuenitur aūt
specialiter in metallis siue in fornacibus ar-
gentarijs: guttarum decretione tectis inherēs.
Sepe ēt in stercore vetustissimo cloacarum vel
puteorum limo: fit ēt ex nimio in cācabule ferree
īposito patena testea supposita. Tunc.n.circū
lito vasculo circūdāt carbōes: sicqꝫ argētū ex
nio distillat: sine hoc neqꝫ argētum neqꝫ es in
aurari pōt. Tāte āt ꝟtutis ē vt si sup sextariū
argenti

argēti viui: centenariū facū super ponas onē ri statim resistit. Sinauit auri scrupulū: leuita tem eius raptim sinu recipiet. Ex quo intelli gitur nō pōdus sed naturā esse cui cedit. Ser uatur aūt melius in vitreis vasculis: nā cete ras materias pforat: potui aūt datū interficit pōderis cā. Aui. Argētū viuū subtus terras nascif pp humiditatē magnā in loco illo exi stentem. Et hoc euenit pp soles ɀ aerē qui tā gunt eū. Ideoqȝ efficif currens pp humidita tem ɀ frigiditateȝ que in eo sunt: nec efficitur nisi in loco frigido. Ex li. de na. re. Argētum viuū est reuera calidū ɀ humi. in. iiij. gra. licȝ in qbusdā libris inueniaf esse frigidū. Extin ctuȝ pōt alij rei admisceri: sȝ viuū nō: pōt aūt fieri albū ɀ rubeuȝ cū sulphure: ferf. n. de faci li oēs colores recipere. Si extinguatur cū pin guedine: apparebit quasi terra: ɀ sic inter ol las artificiose crematū: extrahif ab igne claȝ malliabile ɀ tractabile ad moduȝ argenti: ad maxima firmacula facienda. Deniqȝ sine ar gento non potest fieri deauratio: cunqȝ argē. tum non consolidetur argento medio argen to: hoc videtur bene fieri cum argento viuo.

Operationes.

A ¶ Constā. in. li. gra. Argentuȝ viuum ca. est in. iiij. gra. ɀ hu. Pediculos capitis occidit ɀ reptilia omnia cum litargiro ɀ aceto ɀ oleo.
B ¶ Fitqȝ bonum ad curandū scabiē. Fit ētm
C guētū ad pustulas optimū. ¶ Pla. Argen tum viuū hȝ virtutē dissoluēdi ɀ penetrandī farinā lupinoȝ amaroȝ: decoquitur in aceto fortissimo vsqȝ ad spissitudinē: ɀ argēti viui ex tincti facta commixtione: caput patiētis exabū dātia pediculoȝ perungif per discriminalia.
D ¶ Extinguif aūt vel cū saliua: vel fricatur cū cinere ɀ saliua. Aut cū capillis ɀ saliua. Aut cū puluere ossis sepie ɀ saliua: melius autē dē extingui: cū alteri pōt admisceri: nisi. n. sic ex tinguitur: ipsius ad aliud non fit admixtio.
E ¶ Ysi. Argētū viuū potui datū interficit cau
F sa ponderis. ¶ Item Dyas. dicit ꝙ argentū viuū bibenti mortē tribuit: euadere tamē po terit. Qui hoc biberit caprinum lac bibendo ac se mouendo: vel etiam bibendo vinum ad dito absinthio synapi vel ysopo. Cuicunqȝ membro adheret ipsum percutit ɀ corrodit.
G ¶ Aui. argentum viuum sublimatum inter ficit propter vehementem incisionem: ɀ eius cura fortis est bibere lac ɀ vomere. Sed Ga lienus dicit hoc se expertum non fuisse.
H ¶ Scio ꝙ quidā bibit argentum viuū in esta te: dum agitaretur siti ex vitro arto: putans se vinū bibere: ɀ duabus horis effluxis ipsum reddidit anus in peluim: ɀ nihil nocuit.
¶ Dicunt enim quidam ꝙ extinctum interfi cit: quia quicquid ei obuiat sua grauitate cor rodit. Interficit etiam murem. I
¶ Et ex eius fumo fugiunt vermes ɀ serpen tes venenosi. ¶ Item vapor eius facit ac cidere paralisim tremorem. Fumus eius de struit visum ɀ auditum. Et facit oris fetorem cum trāsit per ipsum: quare caueat qui vtaf. K L

Capitulum. xxij.

Arsenicū. Ysi. li. xix. Arsenicū qō la tine ob colorē auripigmētū dē. Col ligitur in ponto ex auraria materia: vbi ɀ sandaraca optimū est qō in aureū colo rē trāsit: purū ɀ fusili gracili venarū discursu. Quod vero pallidi⁹ aut sandarace simile est deterius iudicaf. Est ɀ tertiū genus squamo sum quo miscecur aureus color. His eoȝ est vt sandarice sed acrior. ¶ Pli. li. xxxiiij. Ar senicum est ex eadē materia que ɀ sandaraca. Quod ex eo optimum est coloris etiā in auro excellētis. Ex lib. de aluminibus ɀ salibus. Arsenicum est calidum ɀ hu. ɀ est diuersi ge neris: scȝ rubeum: citrinum ɀ laminosuȝ. Est arsenicū simile sulphure in multis operibus.

Operationes.

¶ Aui. Aliud est albuȝ: aliud rubeum aliud citrinuȝ: omnia putrefactiua sunt ɀ mordica tiua. Est autem calidum in. iij. sic. in. ij. A
¶ Pilos abradit ɀ alopicie cū gūmi pini cō uenit. ¶ Emplastrū cū eo fit supvulnera. Cū B C

adipe ⁊ oleo ɜuenit scabiei ⁊ sahaphat humi de ⁊ putredini: ⁊ abstergit ⁊ adurit cutem.

D ¶ Assumit ad tussiȝ antiquã ⁊ sputũ saniei ⁊ sanguinis. Et qñ ponit in pillulis ad asma.

E ¶ Miscetur autem cum oleo rosato ad bothor ⁊ emorroidas. Quod autem ex eo sublimatum est interficit. Et ex rubeo quidem melius est quod est puluerizabile.

F ¶ Dyas. Arsenicuȝ nascit in metallis vbi ⁊ sandaraca. Assat at̃ in testa: donec mutet coloreȝ: ⁊ reponit. Uirtus ei stiptica est: cũ calce viua mixtum ⁊ corpore illinitum tollit pilos.

Capitulum. xxiij.

Alagius ⁊ berillus. Arnol. Balagius est gemma russa perlucentis nature: degenerans a carbunculo: ipsius ac virtutibus omnibus debilibus in eo remissis.

b

¶ Ysi. Berillus in india gignitur viriditate similis smaragdo: sed cum pallore. Politur autem ab indis in sex angulas formas: vt hebetudo coloris repercussione angulorum excitetur. Aliter politus non habet fulgorem. Genera eius sunt nouem. Helymandus in cronicis libro. x. Berillus est coloris violacei vel aque marine.

Operationes.

A ¶ Iuba scripsit q̃ coniugij dat amorẽ. Et portantem se magnificat. Dexteram stringentis adurit.

B ¶ Aqua in qua iacet pota: valet infirmis oculis: tollit victus ⁊ suspiria: ⁊ cunctis epaticis fertur curare dolores.

C ¶ Arnol. Berillus ẽ lapis cuius color ẽ pallidus vt limpha: forma eius est sexagona. Cumq̃ȝ genera eius sunt nouem: qui magis palleter est melior.

D ¶ Uirtus eius est ɜ hostiũ pericula: contra pigriciam: oculos humidos sanat gestantem adurit. Si oculo solis opponitur ac rotundatur: ignem accendit.

E ¶ Dya. Berillus lapis lucidus est ⁊ clarus oleo similis: sculpitur locusta marina ac sub geminis pedibus eius cornuta: ac sub gẽma ponitur herba seuina modico auro inclusa: gestata amorem coniugij facit. Aqua in qua nussa est pota: ad oculorum vitia valet: ⁊ ad omnem valitudinem.

Capitulum. xxiiij.

Ezaar: vel lapis liberans a venenis arabice bager bezaar. ¶ Sera. lib. ag. ca. bager bezaar est nomẽ psicuȝ ⁊ est expellens nocumentũ: ⁊ hoc nomen cadit super duo. Unum est quod cadit super omnem medicinam conuenientem alicui veneno: eo q̃ resistit virtuti eius ⁊ expellit nocumẽtũ eius propter proprietatẽ que est in eo.

b

¶ Rasis. Bezaar est lapis citrinus mollis non habens saporem. Unde lapis est vergens ad citrinitatem ⁊ albedineȝ: habens colorem vini: ⁊ est leuis splendens sicut lumen.

Operationes.

A ¶ Sera. Lapis bezaar conuenit venis: ⁊ qñ bibit ex eo põdus. xij. granorum ordei: aut linimentuȝ fit cũ eo super locũ morsus liberat naturaȝ a morte ⁊ expellit venenũ p sudorẽ: ideo pestilẽtico valet.

B ¶ Et qñ ponit lapis in ãnulo: ⁊ ponit in ore ipsius qui sumpsit venenũ: ⁊

fugit ad

fugit ad aliquantulum conuenit ei.

C ¶ Et qñ tangitur cũ illo aculeus scorpionis probibet ab eo postmodũ potẽtiã pungendi.

D ¶ Et si teritur de eo pondus duorum grano rum ordei dissoluitur in aqua ⁊ ponitur in ore serpentis suffocat eum statim ⁊ occidit.

E ¶ Idẽ auc. Rasis. Et ego vidi i ipso sufficiẽ tiã ad auferendũ nocumentũ: ⁊ erit lapis ille quẽ vidi vergẽs ad citrinitatẽ ⁊ albedinẽ hñs colorẽ vini: ⁊ cũ h erat leuis splẽdẽs sic lumẽ.

F ¶ Etiam vidi in eodem sufficientiam illam quam non vidi in alia medicina simplici: im mo etiã quod non vidi in tyriacis cõpositis.

G ¶ Idem Rasis. Uidi lapidẽ bezaar filij ama mari custoditoris legis dei: ⁊ est verum ꝙ ip se emit hunc lapidem: ⁊ dedit pro precio ipsi us palatium cordube in principio genere.

Capitulum. xxv.

Belliculi marini latle. Arabice afsor.

b Pã. c. xciij. Belliculi marini sũt q̃si vmblici bolis ẽm figuram: ⁊ sunt lapi des parui ⁊ albi q inueniunẽ in ripis marinis coherẽtes sicut dentales: sunt frigidi ⁊ sicci: sed eorum excessus ab auctoribus nõ determina tur: ponunẽ in vnguẽtis ad faciẽ clarificãdã.

Operationes.

A ¶ Puluis eorum subtilissimus resoluatur cum axungia gallinacea prius resoluta: ⁊ fiat vn guentum pro facie abstergenda: ponuntur in antidotario Galieni in vnguento citrino: qđ interpretatur vnguentum de citro.

Capitulum. xxvj.

Bolus armenus. Aui. li. ij. c. de luto

b armeno. Lutum armenum: siue bo lus armenum est rubeum: declinans ad citrinitatem notum: frigi. est in. i. gra. sic. in. ij. Et est quedam vena terre que precipue in armenia inuenitur. Unde habet virtutem constringendi. Est autem eligendũ quod sub rubeum est ẽm omnes partes: non habens co lores distinctos: aliquantulum fragile.

¶ Sera. Carnamenum. i. lutum armenum: ⁊ est in gimbar: color eius est vltra croceita tem ad rubedinem tendens: ⁊ teritur cito si cut teritur calx: ⁊ est lene sine lapide. Uirtus eius est que desiccat desiccatione forti.

Operationes.

¶ Aui. Lutum armenum retinet sanguinẽ: quoniam exsiccatio eius est vltimo. A

¶ Et confert apostematibus pestilẽtialibus bibitum ⁊ linitũ: ⁊ probibet ambulationẽ pu tredinis mẽbrorum: ⁊ mirabile est in re vulnerum. B

¶ Et probibet catarrum: ⁊ cõfert colericis. C

¶ Et ẽ bonũ sputo sanguinis ptisici ppca qz desiccat vlcus pulmonis: ⁊ est cura stricture anhelit⁹ ex cattarris. Et ẽ bonũ vlceribus ite stinorum: ⁊ solutioni: ⁊ fluxui sanguis matricis. D

¶ Et confert febribus ethicis ⁊ pestilentiali bus proprie: ⁊ plures quidem iam sanati sunt ex pestilentia magna propter consuetudinem bibendi ipsum cum vino subtili. E

¶ Et si bibitur in febre pestilentie necessari um est vinũ perducat ipsum ad cor: ⁊ misce atur vinum illud cum aqua rosarum. F

Capitulum. xxvij.

Borax. Lapis borax fm Alb. a quo
b dam genere bufonis nominaẗ: qđ sic
dr: qđ ipsum in capite portat. Et est duorꝫ generũ: vnũ albũ aliquantulũ fuscũ: ⁊ alterũ si viuo adhuc palpitante bufone extrabitur: in medio hꝫ oculum ceruleũ: ⁊ tēporibus nostris extractus fuit vnꝰ de bufone paruus viridis: aliquos etiaꝫ vidimus bufones habentes depictos in se de hoc genere dicebantur vulgariter autem cropodine dicunẗ.

Operationes.

A ¶ Al. Sordes purgaẗ itestioꝝ ⁊ supfluitates
B ¶ Arnol. Nose lapis. i. lapis borax est cuius duo sunt genera: vnũ subalbiduꝫ: ⁊ aliud va
C rium. ¶ De bufonis capite trahũtur anteq̃
D bibat vel aquã tãgat. ¶ Et forte in eis qñqꝫ apparet forma bufonis cũ pedibus sparsis. Hic lapis valꝫ ꝫ morsus reptiliũ: ⁊ ꝫ venenũ



Capitulum. xxviij.

Callaica: Carcedonius: ⁊ calcophanus. ¶ Ysi. Callaica est gē
c ma colore viridis ⁊ pallēs ac nimis crassa nihil iocũdius decēs qꝫ auro: vñ ⁊ appellata. Nascitur in India vel Germania in rupibus gelidis: oculi modo exuberãs. ¶ Ex li. de na. re. Carcedonius in ethyopia nascitur: velut ignis lucet: sed pallentis specieꝫ retinet. Semper ita qꝫ detentus pallore. Colorem habet mediũ inter iacinctum ⁊ berillum. Qui si pertusus sit ⁊ collo vel digito feraẗ: causas vincere perhibetur. Huius species tres esse dicuntur.

Operationes.

¶ Arnold. Calcophanus est gemma nigra sed eris tinnituꝫ reddit si lapide fuerit illisa. A
¶ Arnol. Calcophanos nigri coloris: lapis clarificat vocem: prohibet raucedinem. B
¶ Ex lib. de na. re. Calcophanus sonorus ac dulcis instar eris. C
¶ Si ferro vel ere percutiatur vocē quoqꝫ sonoraꝫ ac dulcē reddit si porteẗ ab hoĩe casto. D

Capitulum. xxix.

Carbũculus. Ex li. de na. re. Carbũ
c culus est lapis oĩm p̃ciosissimus atqꝫ carissimus: ⁊ oĩum lapiduꝫ perhibeẗ virtutibus preditus. Huius color igneus est ⁊ nocte magis q̃ diu lucet. Nam die obscuratur: nocte vero tãtũ refulget vt circa se noctē quasi ĩ diē vertat. ¶ Ex lapidario. Ardētes supat gēmas carbũculꝰ oēs: nã velut ignitos radios

tos radios iacit vndiqꝫ carbo. Huius nec te nebre pñt extiguere lucē. Qui flāmas vibrās oculis mittat aspiciētē.

Operationes.

A ¶ Arnol. Carbūculus est gēma rubicūdissi ma in obscuro ꝛ ī tenebris lucēsvt carbo. Co lore virtutibusqꝫ supat oēs gēmas ardētes. Sola enim hꝫ oēs que in ipsis sunt virtutes. Suntqꝫ preter illā duodecim spēs minus ea

B vtiles. ¶ Ysi. Carbūculi genera sunt duode cim: sed prestātiores qui videnꝫ fulgere ac ve

C lut ignē effūdere. ¶ Et dicit Alured⁹ ꝙ ē si gillū lapidū. Alij vero qꝫ carbūculus pōt im primere figurā suā omni alij lapidi: ꝛ nō cō.

Capitulum.xxx.

Alx. Ysi. Calx viua dr: qꝫ duꝫ tactu

c frigida sit occultū ignē intus hꝫ: vnde ꝛ aqua perfusa statim latēs ignis erū pit: natura eius mira facit. Nā aquis accēdi tur quibus solet ignis extingui. Usus eius ē structuris fabrice necessarius. Nā lapis lapi di non pōt adherere fortius: nisi calce coniun ctus: ꝛ calx quidē e lapide albo ꝛ duro melior est structuris. Ex molli vero tincturis vtilis.

Operationes.

A ¶ Aui. in. ij. cañ. Calx est cinis corporū lapi dosorū. Illa quidē quā aqua nō tetigit: ꝛ il la quā aqua tetigit cū remanēt extincta duo bus die. aut tribus tūc nō adurit: sed tñ cale

B facit. ¶ Et abluta qdē dicta est ꝛ exsiccatiua

C sine mordicatione. ¶ Calx vero bibita cū ole

D is fit maturatiua. ¶ Calx fluxum sanguinis abscindit: carnē additā corrodit: ꝛ abluta cō solidat: ignis adustioni confert. ¶ Constan. E

Calx est ca. ꝛ sic. in. iuj. gra. Quem mixta se ro ꝛ oleo pustulas ꝛ apostemata putrida ha bentes iuuat vlceraqꝫ ꝛ incisionem solidat.

¶ Rasi in Alman. Calx ca. est adurit: ꝛ car F nem superfluam corrodit: fluxum sanguinis cōstringit: que cū lauaꝫ adustiōi ignis cōfert.

Capitulum.xxxj.

c Aristeū ꝛ Numidic⁹. Ysi. Caristeū viride optimū: qđ nomē ab aspectu hꝫ: eo ꝙ gratū sit bis ꝗ gēmas sculpūt. Ei⁹ n. viriditas reficit oculos. ¶ Idē. Numidicū marmor nuidia mittit: qđ cutē cotē succū di mittis croco silēs vñ ꝛ nomē accepit. nō crustī sꝫ ī massa ꝛ limiū vsui aptū. Lessriā a calor ci neris appellaꝫ cui⁹ alligatio ꝯ spētes laudaꝫ.

Capitulum.xxxij.

c Alefarios et corantieas vel corauium Alb. Lapis calcefarios siue calcofanos et est niger.

Operationes.

A ¶ Virtus eius est vocē clarificare et raucedi
B nem mederi ¶ Idē Alb. Lapis corānticas est lapis cristallo similis: infecto colore ceruleo: qui dr cadere aliqñ de nube cū tonitruo et inuenitur in graya et hyspania: sȝ hyspanius ē
C candens vt ignis. ¶ Prouocat dulces somnos: et ad prelia et causas vinecdas: et ꝯ periculū tonitrui dr opari. Hoc siliter ait Euax.

Capitulum.xxxiij.

c Elidonius. Dyas. Celidonius inuenit in vētribus hyrūdinū. Cuius genera sunt duo: niger et ruffus: q̄ colligūt captis pullis hyrūdinū: et scissis eoꝝ vētribꝰ inuenit.

Operationes.

A Alb. Ruffus inuolutus pāno lineo vel corio vitulino et sub sinistra assela gestatus: dr valere cōtra insaniā et antiquos lāguores et lunaticaȝ passionē et epilētiaȝ eodē modo portatus.
B ¶ Enax autē dicit ꝙ facundū gratum et placentem reddit gestantem se. Niger autem vt Joseph dicit ꝯtra nociuos humores et febres et iras operatur. Et lotus aqua sanat oculos.
C ¶ Sunt aūt hij lapides pui valde. Et tales iā vidimus p socios nr̄os de stō hyrūdinū extractos de mense Augusto: tunc.n. extracti magis valere dicuntur: vt frequenter autem duo simul in vna hyrundine inueniuntur.
¶ Dyasco. Ruffus enim sanat lunaticos et D languidos et insanos in panno mundo ligatus: et in sinistro brachio egroti circumligatus: preterea facit gratissimos portātes se facundos et amabiles et idoneos.
¶ Niger gestatus similiter optimum finem E imponit: ad omnes iras regum et dominorū idoneus est. ¶ Nasqui cum habuerit omni F bus placebit et ad arbitrium suū cuncta perducet. ¶ Sed qui dolent oculi teritur cum G aqua et inunguntur et sanabuntur. ¶ Sed cū H tollūtur lapides cauendum ne pater aut mater propesit: q2 meliorē effectum habebūt.

Capitulum.xxxiiij.

c Elonites et cymedia. Ysi. Celonites est lapis purpurei varijsq3 coloris. Hunc testudo mittit et diuinatorem illū facit. Qui hunc sub lingua gestauerit: at hec virtus ipsi tātūmodo die inest: cū luna primo accēsa crescēs est. ¶ Menoytes in vltimo descendente sic vult Aaron de virtutibus lapidū. Nec hic lapis ab igne corrūpit.

Operationes.

¶ Celonites est indice testudinis oculus va- A rius et purpureus: hoc magi imposito lingue fingunt futura pnūciare. ¶ Ex lapidario. B
Indica testudo lapidem mittit celonitem.
Gratum purpureo varioq3 colore nitentem.
Quem sub lingua loto si quisꝙ gesserit ore.
Posse magi credunt hunc diuinare futura.
Orto mane die sextam duntaxat ad horas.
Tempore quo lune succrescere cernit orbis.

Sed luna

Sed luna prima lapidis predicti potestas.
Totius fertur spacio durare dici.
Quinte post decimam cōcordāt tēpore lune.
At detrimenti maris in tempore toto.
Ante diem tm̄ lapidi manet illa potestas.
Est etiam nulli lapis hic obnoxius igni.

C ¶ Idem. Ysid. Cymedia est gemma que inuenitur in cerebro piscis eius nominis candida ꝛ elonga: his presagire dicuntur magi signa tranquillitatis ꝛ tempestatis.

Capitulum. xxxv.

c Erusa Plat. Cerusa flos plumbi est ꝛ est fri. ꝛ sic. in. ij. gra. Hanc qui faciunt sepius incurrunt apoplexiaꝫ: epilentiam: paralysim: artericam: propter frigiditatem aceti dissoluentem ꝛ mortificantem.

Operationes.

A ¶ Habet aūt cerusa virtuteꝫ mūdificādi vel extergēdi supfluitates: vñ q̄dā mulieres abluta facie puluerē ceruse tenuissime supadducūt

B ¶ Alie vero: qꝛ cerusa aliquātulū sicca est ꝯficiūt eā in aqua rosaꝝ ꝛ exponūt soli: maxime in estate qua ꝯsumpta aliā apponūt: ꝛ hoc faciuut donec fit albissima: ꝛ aliquātulū aromatica: postea formāt ī pillulas ꝛ faciei apponūt

C ¶ Nota qui longo tempore vtuntur adbibitione ceruse dolorem dentium incurrunt: ꝛ putredinem orisqꝫ fetorem.

D ¶ Aui. in. ij. cañ. Cerusa est cinis plumbi: ponitur in emplastris ꝛ vlcera replet ac generat in eis carnem: ꝛ corrodit carnem malam.

E ¶ Cōfert botbor oculi. Lenificat apostemata frigida ꝛ dura. Fit auteꝫ cerusa qñqꝫ cuꝫ aceto: qñqꝫ cū salibus: ꝛ est fri. ꝛ sic. in. ij. gra.

F ¶ Que atem cuꝫ aceto fit vehementioris est subtiliationis.

G ¶ Est etiam ex medicinis que conueniunt ani fissuris est iterum ex venenis.

Capitulum. xxxvj.

c Risolectrus ꝛ crisocolla. Ysi. Crisolectrus est lapis auro similis: sed in colorem electri vergens: matutino tm̄ aspectu iocundius: ignium rapacissimus: ꝛ si iuxta fuerit celerrime ardescēs. ¶ Arist. Crisolectrus ignem trahit: ꝛ ex eius natura est ꝙ ab igne cito comburitur. ¶ Arnol. Crisolectrus gemma est aurei coloris: ab igne cito inflāmabilis: visu pulcherrimus est in horis matutinis: in alijs vero per oīa dissimilis.

Operationes.

A ¶ Plini. Crisolectrum collo alligatum medetur febribus. Tritum vero cum melle atqꝫ rosaceo aurium vitijs medetur.

B ¶ Et si cū melle attico ꝯteratur oculoꝝ ēt obscuritati: stomachiqꝫ vitijs medeꝛ: vel ꝑ se farina ei⁹ sumpta: vel cū mastice ex aqua pota.

C ¶ Ex lapidario. Esse crisolectrus similis describitur auro. Cuius ad electruꝫ color inclinare vꝛ. Hic matutinis visu iocūdior horis.

D ¶ Cuius materies rapidissima dicꝛ ignis. Nam cito vicino correptus flagrat ab igne.

E ¶ Ysido. Crisocolla est gemma que gignitur in India: vbi formice aurum eruunt.

F ¶ Est aūt auro similis: hꝫ naturā magnetis nisi ꝙ aurū augere tradiꝛ: vnde ꝛ nuncupaꝛ.

Capitulum. xxxvij.

c Risoprassus ꝛ crisopassios. Alb. Cri
soprassus est lapis qui ab india venit:
ꝛ raro inuenitur propter qð ꝛ carioꝛ
extimat: in coloꝛe ēt est quasi sit ex succo poꝛri
vel prassij coagulato: hñs ēt auri guttas: pp
qð ꝛ tale nomē accepit: qꝛ criso aurū sonat in
greco prassium .i. viride viriditate poꝛri. Ari
ꝟ. Marubij folia sunt prassia prassaqꝫ poꝛri
Idē. Crisopassios ē gēma ab ethiopia veniēs

Operationes.

A ¶ Alb. Crissop̄ssos vires hꝫ lapidis prassij ēt
B ad oēs coꝛdis passiones efficax repit. ¶ Idē.
Crisoprassios dr̄ lucere i tenebris: ꝛ euanesce
re luīe supueniēte: ita ꝗ coloꝛē nō retinet quē
C hꝫ in obscuro. ¶ Et fit in ipso ƀꝫ diuersitatē
lumīs ꝛ tenebraꝝ reciprocatio coloꝝ velut in
D q̄rcu putrefacta ꝛ noctiluca. ¶ Et de oībus
his in li. de aīali. dedimus rōnē pfectā ꝛ vide.

Capitulum. xxxviij.

c Risolitus ꝛ crisolāsis. Dyas. Criso
litus lapis lucidissimus est: ꝛ similis
auro. Alb. Lapis crisolitus est in co
loꝛe habens tenuem viriditatem lucidam in
qua ad oculum solis micat vt stella aurea: ꝛ
non est rarus. ¶ Ysi. Crisolansis est gemma
ex auro ꝛ igne vocata: die si quidē est aurea:
ꝛ noctu ignea. Hanc gignit ethyopia.

Operationes.

¶ Alb. Dicit ꝗ crisolitus spūalia cōfoꝛtat: A
pꝛopter qð tritus asmaticis datur. Fert ēt ꝗ
perfoꝛatus ꝛ setis asini in foꝛamine repletus
ac sinistro bꝛachio alligatus fugat tumoꝛes
melancolicos pessimos: ꝛ hoc dicitur in phisi
cis ligaturis. ¶ In auro etiā positus ꝛ gesta B
tus fugat fantasmata. ¶ Et dicūt qdā ipsuꝫ C
stulticiā pellere: ꝛ sapiam adducere. ¶ Dya. D
Hic applicatus (vicꝫ crisolitus) rasure auri
filateriū est ꝛ tu tm̄ aduersus nocturnos timo
res. Pertusus ꝛ traiectus cuꝫ setis asini ꝛ in
bꝛachio sinistro ligatus oīa demonia vincit.

Capitulum. xxxix.

c Ristallus. Alb. Lapis cristallus q
aliqñ fit ex frigoꝛe: aliqñ aūt ex niue:
sicut sepe experti fuimus: ꝛ in germa-
nia vbi multi inueniūt. Vterqꝫ āt modus ge
neratiōis facilis ex supioꝛib᷒ erat māifestus.

Operationes.

Hic lapis frigidus oculo solis opposit᷒ ignē A
eijcit: si calidus sit hoc perficere nō pōt. Hu-
ius ratio

fus ratio posita est in libro de proprietatibus
B elementarum et planetarum. ¶ Et dicitur etiam sitim restringere sub lingua positus et expertum est quod tritus cum melle mixtus acceptus a mulie
C ribus repleat ubera lacte. ¶ Ex li. de na.re. Cristallus lapis est ex glacie induratus.
D ¶ Solinus tamen in aliquibus mundi partibus hunc inueniri dicit ubi nunquam gelu vel glacies
E fuit. ¶ Dyasco. Cristallus vires habet stipticas: dederunt hunc ad generandum lac.

Capitulum. xl.

Jnnabar. Pan.ca.clxiij. Cinnabar
C latine. Grece fercog. Arabice afreg vel zeinzifar. Cinnabar.i.cinabaruz. Et fit ex sulphure et argento viuo: et est rubei coloris. Sera.lib.ag.ca.afreg siue afrengi.i. cinnabarum: fit ex plumbo quando ponitur in igne: et inflamatur: et fit rubeuz. Similiter fit ex cerusa combusta in hunc modum accipitur et ponitur in concauo vase mundo et ponitur sup ignem et mouetur donec rubescat: et fit velut auri pigmentuz rubeum. Et quidam nominant hoc sandix.

Operationes

A ¶ Gal. Quando comburitur plumbum vel cerusa mutatur: et fit afregi: et est res subtilior
B eo: sed non ita sedatiua. ¶ Idem auc. Lachimdi. Et accidit libenti afreg sicut illi qui bibit litargium: omnes isti sunt species cinnabari.
C ¶ Dyasco. Uirtus est illi similis lapidi ematites: denique constringit vehementer: et ideo sanguinis fluorem abstinet: combustionibus et pustulis opitulatur cerotis additur: utiliter etiam confectionibus colliriorum miscetur.

Capitulum. xli.

Jnis. Actor. Cinis ex predictis cor
C poribus vestis relinquitur: et est substantia terrena quidem arida et compacta: in quam corpus solidum per ignem resolutum humore consumpto redigitur. Unde ex grandi corpore propter consumptionem materie modicus cinis efficitur: despecti coloris est.

Operationes

¶ Ei quatuor partes habet minutissimas: leui fla- A
tu agitabilis est: ad multa tamen perutilis.
¶ Cinere namque primo quidem ignis ipse regitur ut B
conseruetur. ¶ Cinere pelles depilantur: et quodam- C
modo innouantur. ¶ Cinis etiam pro alumine po- D
nitur in tincturis pannorum. In ecclesia dedicanda alphabetum in cinere scribitur. In capite ieiunij cinis ad memoriam mortalitatis nostre in capitibus nostris ponitur. ¶ Ex aqua cineri admix- E
ta fit lixiuium quo capita abluuntur. ¶ Cinis su- F
pra sanguisugam proiectus sanguinem quem fure rat euomere facit. In medicis quoque tam cinis quam lixiuium proficit. ¶ Aui.in.ij.can. Cinis ois G
naturam habet abstersiuam: exsiccatiuam: diuersificatur tamen et ablutio minuit eius abstersionem: et acquirit ei glutiuationes et exsiccationes sine mordicatione
¶ Aqua vero cineris ingreditur in medici- H
nis putrefactientibus: et earum fortiores sunt.
¶ Aqua cineris ficus et lacticinij: plus enim I
abstergit et siccat quam cetere. ¶ Cinis autem ligno K
rum stipticorum ut quercus et reliquorum retinet sanguinem. ¶ Dyas. Lixiuium est cinere quer- L
cus ad usum medicine efficacissimus est: et bo minibus et pecoribus que densione pulmonis

vexantur: ⁊ quibus aliqua res venenata obſi
ſtit. Bibita nanqȝ ſtatim ſalutem affert.
M ¶ Utilis ẽt eſt in vulneribus humectis: ⁊ in
fiſtulis: ⁊ ad vulnera difficilia ad ſanandum
N ⁊ calloſa longi temporis ſordida. ¶ Quoti-
die ergo lauande ſunt: ⁊ ſic apto medicami-
ne ſananda: quia virtus lixiuij non ſanat: ſed
ad ſanitatem vulnera diſponit.

Capitulum. cxlij.

Corallus. Ex li. de na. re. Corallus ẽ
c lapis rubeus valde: figurã habens vt
cornu cerui: vel vt herbe radix cum
multis radicibus. Nec miruȝ qñ herba fuit
in mari primũ. Hic fulminibus ⁊ tẽpeſtatib⁹
reſiſtit. Unde antiq lapidẽ huiuſmodi cõfra
ctuȝ cũ ſeminibus in agro iacebãt: aut in ar-
boribus ſuſpẽdebãt: vt grãdinũ picula nõ ſẽ
tirẽt. Demõibus quoqȝ terribilis ẽ; ⁊ h forte
q: freqñter ramoꝝ ei⁹ extẽſio modũ crucis hȝ

Operationes.

A ¶ Aui. in. ij. can. Corallus eſt frigidus in. j.
gra. ſic. in. ij. Stipticus eſt ⁊ vehementer pro
B hibet fluxum ſanguinis. ¶ Carnem additaȝ
abſcindit: confortat oculuȝ abſtrahendo ⁊ ex
C ſiccãdo humiditates fixas in eo. ¶ Et eſt pre
cipue quod aduſtum eſt ⁊ ablutuȝ conueniẽs
lachrymis. Ueſtigia quoqȝ vlcerũ abſtergit:
confert apoſtematibus inteſtinorũ ⁊ ſplenis:
retinet ſputum ſanguinis. Naſcitur in mari
bus que ſunt in affrica: ⁊ alius quidẽ rubeus
D eſt: alius niger: alius albus. ¶ Dolorẽ ſtoma
chi remouet ac prohibet ſuper os eius dire-
E cte ſuſpenſus. ¶ Et ideo collis pueroꝝ appẽ
ditur. Dicitur autem ꝙ ſi teratur ⁊ implean
tur ex eo concauitates infirmoruȝ dentiũ era
dicat eos: ⁊ eſt ſummus in confortatione gin-
giuarum. ¶ Confert etiam ſputo ſanguinis F
⁊ eius fluxui: proprieqȝ rubeus: ⁊ oſbus egri-
tudibus ſtomachi. ¶ Arnol. Corallus a ma G
ri trahitur ſicut ramuſculus: ⁊ valet contra
quemlibet fluxum ſanguinis ⁊ epilentiam.
¶ Et contra vana monſtra collo ſuſpenſus. H
¶ Et valet etiam contra tempeſtates ⁊ gran I
dines agris aſperſus: multiplicat fructus.

Capitulum. cxliij.

Corneolus. Ex li. de na. re. Corneo-
c lus: vel ſm quoſdam cornelus eſt la
pis rubeus perlucidus ſȝ obſcuri co
loris inciſi carne ſimilis. Horũ lapidum mul
titudinem filij iſrael in deſerto ſculpſiſſe di-
cuntur: quoruȝ ſculptura tam ſubtilis acumi
nis comprobatur: vt nullus poſteriorum hu
iuſmodi operis imitationem audeat attem-
ptare: nec dubium ꝙ ſm efficacias ⁊ virtutes
gemmarum ſculpebantur ymagines figura
rum. ¶ Alber. in lapidario ſuo. Corneolus:
quem quidam cornelium vocant: lapis eſt co
loris carnei: hoc eſt rubei obſcuri ſicut carnis
lotura. Hic apud rhenum fluuium inueni-
tur frequentiſſime: ⁊ eſt valde rubeus: colorẽ
hñs fere ſicut miniũ: ⁊ qñ poliẽ multuȝ nitet.

Operationes.

¶ Expertum eſt ꝙ ſtringit ſanguinem: ⁊ pre A
cipue menſtruorum ⁊ emorroidarum: fertur
etiam iras mitigare. ¶ Sera. Uirtus iſtius B
lapidis eſt ꝙ quando defertur in anulo repri-
mit iracũdiã

mit iracundiam ꝛ causam litis ante iudicez.
C ¶Et reprimit fluxuz sanguinis: vndecunqꝫ exeat proprie ꝛ sanguinis menstrui.
D ¶Et qñ fit ex eo dentifrigium abstergit sordes dẽtiũ ꝛ dealbat eos: ꝛ facit eos pulchros.

Capitulum.xliiij.

c Ochilium. Pan.ca.cccccxxi. Lapis conchilij. Hoc vocabulum ponitur in quodam electuario. Auic. quod est contra vicium lapidis: ꝛ quidam dicunt ꝙ est coclea marina: que dicitur conchilium: ꝛ quidam dicũt ꝙ est coclea climaciarum: ſm veritatem lapis est coclea porphire marine: ꝛ est conchilium marinum purpureum.

Capitulum.xlv.

c Os grece. Arabice hager almaseni siue amẽsen. Latine lapis quo acuit ferrũ vel olearia. Sera.li.ag.c. Hager almaseni est lapis quo acuitur ferrum.

Operationes.

¶Fricatio almaseni que accipitur ex lapide qui dicitur ysachsen: prohibent augmentari mammillas puellaruz ante tempus: ꝛ testiculos puerorum: ꝛ est qꝛ virtus eius infrigidat. A
¶Et idem auc. Dyas. Quando acuitur super ipsum ferrum aliquod ꝛ linitur ꝙ aggregatur super alopiciam: facit in ea nasci pilos. B
¶Et liniuntur cum eo mammille puellaruz ꝛ testiculi puerorum: ꝛ prohibet eos augeri. C
¶Et conuenit apatibus eoruz amborũ: ꝛ qñ sumit in potu cũ aceto cõuenit dolori splenis ꝛ epilentie: ꝛ fricatio eius conuenit alopicie. D
¶Ubi sciendum ꝙ iste lapis vocatur similiter cos ocularia: qꝛ in ea fricãtur syeff. oculorum. Uel cos olearia: qꝛ acuuntur in ea instrumenta ferrea: aspergitur super ipsa oleũ. E

Capitulum.xlvj.

